IRENICUM IRENICORUM,

Seu

conciliatoris Christianorum hodiernorum

NORMA TRIPLEX,

Sana omnium hominum Ratio, Scriptura Sacra, & Traditiones.

emplô peculiari Theologicô eôque illustrissimô, & dè ab Apostolorum ævo variè hucusque agitatô, ita ob ulos posita, ut, si secundùm ejus fundamentales in fal- ulesque decisiones procedatur, Controversiæ quævis, iamsi gravissimæ, felicitèr, brevitèr, & sine tumul- tu, Conciliorumque convocatione ullâ, decidi; amissa aut ignorata hactenus veritas recuperari; Adversarii item quilibet, vel pertinacissimi, juxtim cum Conciliis hæreticis, judicari, convinci, & confundi, queant.

Omnia

hodiernorum nonnullorum, Veritatis & Pacis Universalis antium, Virorum, votum & sententiam. Qui vario re- sum usu edocti, in Irenicis suis rectè monuerunt, nullam Christianorum Sectam, nisi accedente aut interveniente aliarum omnium ope, & auxiliô peregrinô, consummari aut perfici in veritate posse.

Matth. 5, 9.
Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur.
Rom. 12, 18.
Quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viventes.
Rom. 14, 19.
Nempè igitur, quæ ad pacem faciunt, sectemur, & quæ ad mutuam ædificationem.
Rom. 2, 8.
Iis vero, & veritati quidem non assentientibus, obsequentibus autem injustitiæ, (erit) excandescentia & ira.
Jac. 3, 14. 15, 16.
Si invidiam amaram habetis, & irritationem in corde vestro, ne gloriemini, & ne mendaces estote adversus veritatem. Non est (enim) ista sapientia superne descendens, sed terrena, animalis, Dæmoniaca. Ubi enim invidia est & rixa, ibi inquieta vita, & omne opus pravum.

PAPÆ ROMANO

&

RELIQUIS PATRIARCHIS,
CARDINALIBUS, EPISCOPIS,
TOTIQUE CLERO ROMANÆ
GRÆCÆQUE ECCLESIÆ,

Hinc

LUTHERANÆ, REFORMATÆ,
REMONSTRANTICÆ, MONARCHIANÆ, (vulgò SOCINIANÆ,)
MENNONITICÆQUE ECCLESIÆ
ANTISTITIBUS,

Tùm

PRINCIPIBUS & MAGISTRATIBUS CHRISTIANIS,
HORUMQUE SUBDITIS,
IN VARIAS SECTAS
DIVISIS.

Gratiam & Pacem à Deo Pacis autore,
per Christum Dominum, qui est
Pax nostra, Amen!

OBlaturus Vobis, Viri omnium Ordinum Eminentissimi & Honoratissimi, legendum, censendum, & quantum fieri potest, fovendum

hunc-

huncce librum, ignotus in conſpectum veſtrum prodeo; idque ne vix rectè inſpectâ re, perſona vobis negocium mox faceſſat. Novi in eo nihil fero, neque hæreſin, (ſi modò juſtum judicium ferre, & non ſecundum vultum tantùm, cum perverſis Judæis Joh. 7. 24. judicare volueritis,) ſed antiquam, & à quâ omnes ferè deviaſtis, Apoſtolorum veritatem & traditionem. Hæc ſi hæreſis vobis videbitur, malim ego tandem cum ipſis Apoſtolis eſſe hæreticus, quàm vobiſcum Chriſtianus. Sed meliora mihi de Vobis mox polliceor, poſtquam ipſimet ex ipſo libro cognoveritis, non tradi hîc ſive Nicæni, ſive aliorum, ab antiquâ Apoſtolicâ veritate aut traditione abeuntium Conciliorum, inania novaque decreta, ſed totius & inde ab ipſis Apoſtolis edoctæ propagatæque Antiquitatis unanimem conſenſum. Vos cum Patribus veſtris hactenus acerrimè invicem & infeſtis animis, ad cæ-

des

des usque depugnastis, & ita veritatem vobis conciliare cogitastis. Sed frustrà! Nam in violentos & sævos non ingreditur sapientia, Sap. 1, 4. 1 Cor. 1, 26. sed in parvulos & mansuetos. Matth. 11, 25. 1 Cor. 1, 27. 28. 29. En igitur, sine ulla armorum vi (Deo ita volente,) se Vobis pacifica nunc iterum sistit veritas, & ut arma odiaque penitùs deponatis, pacemque mutuam colere incipiatis, seriò jubet! Quid? Subjicere eidem Vos recusaretis? aut indigna adhuc sive in Vos ipsos, sive in hunc librum, veritatis pacisque vestræ conciliatorem, decernere pergeretis? Annon verò hâc ratione Vos ipsos non veritatis, sed pravitatis judaicæ, Christum veritatis Dei charitatisque doctorem tollere nec tolerare volentis, Joh. 8, 40. 44. sectatores filiosque esse apertè nunc testaremini ipsi? Absit hoc à Vobis quàm longissimè! ceu qui Vos omnes Christi

 ovi-

oviculas esse profitemini. Rem igitur nunc expendite! Cæterùm me quod concernit, nullum ego à Vobis aliud commonstratarum Veriorum Traditionum præmium requiro, quàm ut mihi sive noto Vobis, sive ignoto benè precemini: quemadmodum ego pro Vobis omnibus vestrâque omnium salute Deum meum precibus solicitare, dum vivo, non desinam.

Omnium Vestrûm humillimus Servus N. N.

LECTORI SALUTEM!

NOli mirari, Lector, Titulum hujus libri talia tibi promittere, quæ à multis retrò seculis, imò, ab ipso penè Apostolorum ævo, inaudita fuêre. Vana enim illa non esse, vel ii doctissimorum Theologorum jam experti sunt, qui, antequam scriptum hoc excuderetur, etiamsi quoque tui fortè similes, & à sententiâ scripti alieniores tunc adhuc fuerint, lectô tamen sive consimilis generis, sive hocipsô quoque, scriptô, partim, repugnare illi amplius noluêrunt, judicareque sive in hanc, sive in illam partem prorsus detrectarunt, adeoque à lectione ejus, (scilicet, cujus simile se post tot lecta evolutaque, nondum vidisse ajebant,) protinus mitiores, quam antè fuerant, effecti sunt, & tantum non in sententiam hanc, pro eo, qui ipsis inest, veritatis amore, jam propendent, aut pedibus eunt: partim verò, *ejusmodi scripta omnibus suis adversariis ora prorsus obstruere, ut respondere quoque nunquam possint, ingenuè, & contra seipsos quasi, atque publicis editis scriptis, confessi sunt*: partim denique, dum (quâ hi tertii fuêre pertinaciâ,) se scriptis istis opponere conati sunt, ludibrium tantum, vel inter suos propterea passi sunt. Causam tam insperatorum insolentiumque prorsus successuum, si quæris, Lector, ea nulla alia est, quam, quod publicè recepta, & legitima, hincque *unica tantum, disputandi, veritatem inveniendi, aliosque convincendi, ratio, hîc sanctè semper observetur, constanterque adhibeatur, neque* prout cum *necessariò mox accedente magnâ veritatis jacturâ*, numerosôque contrà, infinitarum sectarum & Sectarum, temerè & sine fine se invicem damnantium & consumentium, pro-

ventu, à pleriſque Theologis hucuſque factitatum eſt,) vel non attendatur, vel *hic quidem*, (NB) *ubi ſententiæ noſtræ favet, obſervetur, ibi verò, ubi certiſſima præconceptæ noſtræ ſententiæ ruina indè metuitur, negligatur, rejiciaturque*, adeoque veritati, ſatis alioquin planæ, nobiſque ſe ad averruncandos errores noſtros ultrò quaſi offerenti, ingerentique, odioſius, aut quod offenſæ hominum, indéque ortus contemptus, plus nimiò, quemadmodum olim, Joh. 11, 48. & cap. 12, 43. metuantur, reſiſtatur. Illam igitur cauſam, veritatiſque inveniendæ rationem, hinc indubitatò unicéque veram & legitimam, quia ex propriis omnium diſputantium principiis, legitimiſque Scripturas interpretandi regulis deſumpta eſt, neque vel latum unguem ab eâdem diſcedi, ſine veritatis, ſive adhuc inveniendæ, ſive jam inventæ, jacturâ poteſt, prout deindè quoque patebit; tu, Lector, nunc mecum in Exemplo propoſito attentius, & ſine præjudiciis conſidera, & quæ in Titulo promiſſa ſunt, reipſâ præſtari præſtarive poſſe, poſt ſuperius allegatos Theologos mox ipſemet animadvertes. Nam & Orbem quidem Catholicum propriâ ſuâ culpâ & negligentiâ, & quod amore veritatis deſtitutus fuerit, fœdè circumventum, inque potiſſimis ſuis Traditionibus, & Doctrinæ fundamentis, totiuſque quaſi Chriſtianiſmi ſui teſſeris, extremè errantem, deprehendes: at quomodo tum hi tum alii errores corrigi debeant, fideique certitudo, undè pax Eccleſiaſtica tandem non poſſet non ſequi, obtineri queat, indicatum inſimul, explicatumque, favente Deo, videbis. Ita vale, veritatique te, ſi ſalvus eſſe cupis, regendum trade.

NB. Irenici rationes porrò explicatæ, in additio ſub finem Corollario videantur.

IRE-

IRENICI IRENICORUM
Exemplum infallibilis Doctrinæ de CHRISTO.

Primum, in ipsâ quæstionis: Utrum Christus summus sit Deus? accuratâ ventilatione, secundum duo priora probationis, seu Normæ Reconciliatoris, Membra, Sanam scilicet omnium hominum Rationem, & S. Scripturam, Exercitationibus ostensum.

Primum probationis Membrum.

Opponens argumentatur. QUicunque est homo, patitur, moritur, resurgit, &c. is non est summus Deus.

Atqui Christus est homo, &c. Ergo,

Sanam omnium hominum Rationem, per Scripturam S. illuminatam, & secundum aquissimas aternasque suas disputandi Regulas procedens, solum Patrem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse dictat.

Respondens ait: Distinguo inter humanam & divinam naturam, & concedo argumentum, si de humana natura accipiatur.

Opp. Petitur principium. Nam supponitur hic divina in Christo natura: de qua tamen nunc quæstio est: æque propterea prius probari debuisset, antequam illatum contra me potuisset. Et præterea, Major mea firma est per regulam de disparatis. Nam duo disparata de eodem dici subjecto impossibile est.

Resp. 1. Principium non peto. Nam distinctio in Thesi mea Respondentis est. Et integrum mihi est ex Thesi mea distinguere, donec ea prorsus everratur.

Opp. Fundamentum tuum, de licite ex Thesi distinguendo pro communi regula neque à me recipitur, neque à Iudicibus Politicis. (ceu, qui non secundum varias & miras aliquando, aut nondum probatas, hujus vel illius litigantis Hypotheses, Theses, & imaginationes sive persuasiones, sed tantum, secundum manifestiora, ex actis scilicet & benè probatis, concessisque,

NB. Primum specimen solidioris responsionis in Opponente, quam in Respondente.

sisque, judicant.) At Regula mea de disparatis, universalis est, & à te quoque recipitur.

Resp. Imò verò & tu meum approbas fundamentum. Nam, si argumentum contra te formaretur, (ver. gr. contra animæ immortalitatem, ex eo quòd homo moriatur & pereat:) tu sanè ex Thesi tuâ, per distinctionem diversarum in homine partium, corporis scilicet & animæ, responderes.

Opp. At non eò distinctionem tum adfero aut probo, quod ex Thesi sit desumpta, sed quod manifestè vera sit: imò, si adversarius eo tempore nondum acquiescat, eandem etiam ipsi mox porrò probare paratus sum. Id quod & tu jam facere debuisses, nec Thesin tantum tuam crepare. Quæ tamen tantum abest, ut manifestè vera sit, ut nullâ quoque ratione probari possit: prout postea monstrabitur.

Hîc nunc aquæ hæret Respondenti, distinctionem ex Thesi approbanti.

Resp. 2. Sed nec tua Regula prorsus Universalis est, quam in naturalibus quidem & finitis concedere possem, at non mox in mysteriis, divinisque, seu infinitis, quorum ratio est infinita.

Opp. Regulam ergò meam in naturalibus & finitis, admittis mecum & probas! adeoque dum me communi aliquo principio nixum esse jam fateris, agnoscere pariter cogeris, me solidius tecum hactenus egisse, te verò infirmius, ut qui nullum adhuc commune principium contra me adduxeris. Deindè, frustrà & gratis iterum ex Thesi tuâ supponis mysteria & rationem infinitam: quæ tamen, cum principium apud me non sint, (nam ex utrimque concessis nos disputare convenit,) eodem modo, quo prior tua distinctio, hîc nunc sunt rejicienda, donec tu mysteria Scripturæ contra rationem esse clarissimè probes, Christumque ejusmodi infinitam hîc habere rationem ostendas. Quod tamen te facturum esse minimè credo: nisi fortè Christum simul, infinitè sese contra rationem habere, adeoque infinitè absurdâ essentiâ præditum esse, docere velis? quandoquidem infinita ratio non protinus veram in naturalibus & finitis rebus tollat absurditatem, (ver. gr. ubi impossibile esse dicitur, idem simul esse & non esse, &c.) sed rem tantum de quâ sermo est, infinitè augeat. ver. gr. ubi Deus infinitè dicitur bonus, sapiens, &c. respectu creaturarum, quæ finitæ sunt

sunt & dicuntur. Tertiò, facilè quoque probari potest, omne id, quod rationi adversum est, semper impossibile & falsum esse, non in naturalibus tantum, sed in divinis quoque: cum alioquin, nunquam absurdum aliquod, sive id in naturalibus sit, sive in divinis quoque, (ceu quibus etiam varia absurda à variis hæreticis afficta sunt & affinguntur, à Christo & Orthodoxis aliis, propter absurditatem suam meritò rejecta & damnata:) indubitatò falsum esse probari posset, si ullum absurdum rationique adversum, verum esse crederetur: quandoquidem tum semper ex Majori particulari, adeoque infirmiter, concluderetur, & semper ab adversario excipi posset, imputatum sibi absurdum, non inter absurda, sed inter vera esse referendum.

Sana omnium hominum Ratio, per Scripturam S. illuminata, & secundum æquissimas æternasque suas disputandi Regulas procedens, solum Patrem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse dictat.

Resp. Hoc non dicendum tantum, sed solidè monstrandum est. Et quid? si apparens tantum hîc sit contradictio, non vera?

Opp. 1. Aut ita concludis: Aliqua absurda sunt falsa. Ergo & hoc. Aut hoc modo: Omnia absurda sunt falsa. Ergo & hoc. Si prius? Malè: prout apparet. Sin posterius? Rectè. Hinc enim, verbi causâ, in hortum quoque ingressurus, variis arboribus consitum, etiamsi & pomos adesse audiveris, non tamen mox propterea primam quamque à te conspectam arborem infallibiliter pomum esse dicere poteris: quandoquidem scilicet vel altera, vel tertia, à te demum conspecta arbor, pomus tantum esse posset: contra verò rectissimè, primam visam arborem pomum diceres, si omnes horti illius arbores pomos esse audivisses. 2. De apparente contradictione mox etiam dicetur.

Resp. Atqui ego ita satis firmiter concludo: Omnia absurda in naturalibus sunt falsa. Ergo & hoc, quod in naturalibus est. Adeoque falsum est, me sine rejectione omnium in universum absurdorum, nullum absurdum indubitatò falsum esse docere posse.

Opp. Ut hoc effugium tibi quoque adimam, quæro, unde pateat, omnia absurda in naturalibus esse falsa. Nam, si dixeris: quia sunt absurda in naturalibus: absurdus es, & nihil dicis. Sin dixeris: quia se mutuò perimunt in naturalibus: (quemadmodum quidem duo disparata, si in eodem statuantur subjecto:) ita igitur concludis: Quæcunque se mutuò perimunt in naturalibus,

Sacræ omnium hominum Rationi, per Scripturam S. illuminatæ, & secundum æquissimas æternasque suas distinguendi Regulas procedenti, solum Patrem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse dicat.

libus, ea sint absurda, & stare simul non possunt. Quæ, rò ergò ulteriùs: Ob quam rationem hæc sint absurda an quia naturalia sunt? an verò quia se mutuò perimunt? Non verò illud. Nam naturalia, quatenus naturalia, sese non perimunt: alioquin sese semper perimerent naturalia. Ergo hoc: scilicet, quod se mutuò perimant? Idque simpliciter: & quod semper & prorsus impossibile sit, ea, quæ se mutuò perimunt, simul stare posse. Quocirca, immotæ nunc veritatis manet hæc argumentatio: Quæcunque se perimunt, sive in naturalibus, sive in divinis, ea, cùm stare simul non possint, falsa sunt. Adeoque probatum quoque manet, omnia omninò absurda rationi, esse falsa, sive ea statuantur in naturalibus, sive in divinis.

Sed, ut porrò quoque monstrem, Regulam meam de disparatis, commune esse principium, etiam quod divina concernit: annon tu ipse quoque multa improbas, quæ in divinis literaliter intelliguntur, sed ea absurditatem pariant? verbi causa, Deum, qui spiritus est, manum, pedes, oculos, &c. habere? Christum esse vitem, lapidem, januam? Herodem esse vulpem? &c. Annon tu ipse Regulam hanc Theologicam tunc approbas, Scripturam scilicet ita esse explicandam, ne absurditas aliqua introducatur?

Resp. Regulam hanc admitto in iis locis, qui non adeò sunt clari atque mei sunt: & ubi sensus literalis non æquè est necessarius.

Hic nunc 2. frustrà à Respondente negatum esse apparet, Regulam de disparatis in divinis quoque valere.

Opp. Apparet ergò 2. te frustrà hactenus id ursisse, Regulam scilicet meam valere quidem in naturalibus, non verò in divinis. Deindè, ecquis absurditatum patronus aliud dicet, quàm quod à te hîc dicitur, nimirum loca S. Scripturæ, à te citata, prorsus esse clara, imò clarissima: sensumque literalem penitus esse necessarium? (E. g. Anthropomorphitæ, Deum, eò quod passim ei in Scripturis humana tribuantur membra, nimirum, oculi, manus, pedes, &c. humanâ formâ introducentes, præditumque esse credentes?) Et quomodo hi nunc à te ullâ ratione refutari poterunt? Quomodo Beza? qui cum Calvino paria faciens, in Tractatu de re Sacramentaria, quæst. 9. prout à Becano, Manual. pag. 609. & 610. allegatur, ita scribit: Fatemur, incomprehensibile esse mysterium Dei, quòd

fit,

fit, ut quod est, & manet in cœlis, & non alibi, verè communicatur nobis, qui in terra sumus, & non alibi. (Quem proinde refutaturus Bocanus ita loquitur: Hîc iterum vides morem & ingenium hæreticorum. Cum in apertâ contradictione deprehensos se vident, non contradictionem, sed mysterium interpretantur. Quæ enim potuit manifestior esse contradictio, quam asserere, corpus Christi nusquam esse nisi in cœlo; & corpus Christi conjunctum esse cum symbolo panis in Eucharistia? &c.) Quomodo, inquam, Beza refutari ulla ratione poterit? quandoquidem suam quoque sententiam pro mysterio venditet? apparentemque tantum contradictionem in sententiâ suâ esse contendat? Quam tamen tu, cum modò allegato Becanô, manifestam & veram esse sentis? eò, quod impossibile sit prorsus, idem, eâdem ratione, simul & esse, & non esse? Quæ ipsa ratio nunc & tuam contradictionem, non apparentem tantum, sed veram & manifestam esse arguit: (Eodem scilicet modô, quô Danhawerus in Idea boni Interpr. pag. 93. propterea absurdum & contradictorum esse statuit, dicere in sensu literali: hominem esse bullam: quod scilicet hâc ratione homo, & non animatus, & tamen animatus, esse credatur:) Christum scilicet & non infinitum esse, & tamen infinitum esse.

Sana omnium hominum Ratio, per Scripturam S. illuminata, & secundum aquissimas aternasque suas disputandi Regulas procedens, solum Patrem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse dictat.

Hîc nunc 3. hæret Respondens, contradictionem suam, apparentem tantum nominans; cum tamen vera sit & manifesta.

Secundum probationis Membrum.

NEque est, quod tandem dicas: sententiam tuam in Thesi tuâ ex Scripturis esse probatam. Nam idipsum hucusque nunc satis est ostensum, impossibile esse, ut tua sententia sit vera, aut, ut in Scripturis doceatur. Et non minus hoc probatu est impossibile, quàm si quis ex Scripturis probari posse speraret, paulò antè allegatam Bezæ aut Calvini sententiam & contradictionem esse veram; aut, Deum posse mori, & peccare, posseque simul & spiritum esse, & humana membra habere. &c. Ut tamen ex abundanti, infirmitas quoque rationum theseos tuæ (petitarum, vel 1. ex eo, quod Christus in Scripturis Deus dicatur, imò, & alicubi, Deus Verus, & Jehova, dici videatur, ut: Jer. 23, 5. 1 Joh. 5, 20. &c. vel 2. quod ei tribuatur

Scripturæ S. rationabilitate, & secundum veras receptasque interpretandi Regulas, usurpata, salvum Patrem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse evincit.

descriptio Dei, ut: Rom. 9, 5. vel 3. quod ei attributa divina tribuantur, ut: immutabilitas, seu duratio, Heb. 13, 8. æternitas, Es. 9, 6. Mich. 5, 2. Omniscientia, Joh. 21, 17. Omnipotentia, Apoc. 1, 5. Phil. 3, 21. vel 4. opera divina, ut: Creatio & conservatio mundi, Joh. 1, 3. Col. 1, 16. resuscitatio mortuorum, Joh. 5, 21. 26. miracula alia omnia, Joh. 10, 36. 37. & 5. demum, cultus divinus, Joh. 5, 21. 22. 23.) monstretur, age, hunc syllogismum ei per retorsionem nunc opponamus:

Quicunque Deus quidem dicitur (prout tu in Thesi tuâ, modò citatâ, probas,) ita tamen, ut verus homo sit, Deumque supra se, vel eo ipsô, dum Deus dicitur, habere dicatur, quem & se majorem esse expressè ipsemet profiteatur, & à quo omnia sua habeat, cum à seipso nihil habeat aut possit; quicunque durat quidem, sed à certo tantum & definito tempore; quicunque homo existens, Pater quidem æternitatis aut seculorum dicitur, (prout tu itidem in Thesi tuâ urges & probas,) sed non, vel æternus, vel ab æterno esse, imò non sine principio esse, dicitur; quicunque porrò omniscius quidem dicitur, ita tamen, ut diem ultimum sese ignorare diserte profiteatur; quicunque omnia quidem potest, sed per Patrem tantum; cuicunque Creatio quidem tribuitur, sed nova, idque, ut causæ tantum secundæ aut mediæ, nunquam verò, ut primæ; & quicunque demum cultu quidem divino affici debet, ita tamen, ut Mediator tantum & legatus Patris, &c. is Deus summus nullâ ratione esse potest. Ratio est: quandoquidem, summum Deum supra se Deum habere; aut ab alio accipere quicquam, imò omnia; & nonnulla ignorare quoque, quæ alius sciat; esseque causam tantum secundam, non primam, &c. contradictoria sunt.

Sed verum est prius: partim ex ante dictis, (nimirum, quod de disparato hoc, scilicet homine Christo, disparatum alterum, scilicet Deus summus, prædicari simul nequeat,) partim ex clarissimis Scripturæ S. Testimoniis. Christus enim Deus quidem dicitur, sed ita, ut Deum supra se habere dicatur: Psalm 45. cum Heb. 1, 8. 9. Joh. 20, 17. 1 Cor. 11, 3. Christus Patrem se majorem esse expressè fatetur, Joh. 14, 28. Christus

omnia

omnia à Patre habet, & sine eo nihil potest, Joh. 5, 19. 26. 30. Christus à certo tantum & definito tempore, nimirum, ab Heri, durat, Heb. 13, 8. præcognitus alioquin ante jactum mundi fundamentum, seu à temporibus antiquis, aut diebus æternitatis, 1 Petr. 1, 20. Joh. 17, 5. Mich. 5, 2. Joh. 8, 58. Christus principium opificii Dei, & primogenitus omnis creaturæ, dicitur, adeoque à Patre omnia habet, habetque essentiæ suæ principium, nec ab æterno est. Apoc. 3. 14. Col. 1, 15. Deut. 18, 15. Jer. 30, 9. Christus, ut Filius Dei, ignorat diem judicii, adeoque summè omniscius non est. Marc. 13. 32. Christus omnia potest, sed per Patrem, per quem & ipsemet vivit, & mortuos alios suscitat. Joh. 5, 19. 20. 26. 30. c. 6. 57. c. 11, 41. Christo tribuitur quidem Creatio, sed nova; & præterea, ut causæ mediæ tantum, non ut primæ. Eph. 1, 10. & 3, 9. Col. 1, 16. 20. Joh. 1, 3. Christus demùm, cultu divino affici jubetur, sed ut Mediator, legatus, & servus. Joh. 5, 23. Phil. 2, 10. 11. Jer. 30, 9.

Scriptura S. rationabiliter, & secundum veras receptasque interpretandi Regulas, usurpata, solum Patrem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse evincit.

Ergo & posterius verum est.

Et etiamsi nunc denuò distinctione tuâ (de diversis in Christo naturis,) uti, & ita ad argumentum hoc respondere velles, frustrà tamen id nunc prorsùs esset, & ἀναιδέτως id faceres; idque partim, quod tuum nunc amplius non sit, Respondentis munere fungi, & distinguere; sed thesin tuam probare, seu, rationes theseos tuæ, per distinctiones aut limitationes varias Scripturæ Veteris Novique Testamenti nunc infirmatas, confirmare, simpliciterque veras esse ostendere; partim verò, quod distinctio illa tua jam ante solidè sit confutata; partim denique, quod ad multa non quadret. Verbi gratia: ad id, ubi Christus eô ipsô, dum Deus dictus est, Deum tamen supra se habere, dici asserebatur; ubi se, Filium Dei, diem ultimi judicii ignorare ipsemet profitebatur; &, ubi à Patre omnia habere, quæcunque haberet & esset, asserebatur. Hûc enim jam non faceret, distinguere inter humanam & divinam naturam: cum de toto Christo, quantus quantus sit, illa omnia dicantur. Hoc etenim probè hîc observandum & attendendum est, argumentum modò formatum, Thesique tuæ oppositum, ex abundanti tantum, & majoris claritatis ergò, esse propositum, ut

Hîc nunc 4. distinctio Respondentis vana esse monstratur.

scilicet

Scripturâ S. rationabiliter, & secundum veras receptasque interpretandi Regulas, usurpata, solum Patrem Domini nostri Jesu Christi summum Deum esse evincit.

scilicet eò clariùs infirmitas theseos tuæ eluceſceret. Cum alioquin fundamenta theseos tuæ vel ſequente tantum ſyllogiſmo examinari, reſtringi, & refutari potuiſſent: Quicunque Deus quidem dicitur, ita tamen, ut homo ſit, Deumque ſupra ſe, dum Deus dicitur, habeat, quem & ſe majorem eſſe ipſemet expreſſè profiteatur, &c. de eo non neceſſariò ſequitur, quod Deus ſummus ſit. Ratio eſt in promptu, ut antè: quandoquidem, ſummum eſſe Deum, ſummoque Deo ſubeſſe, aut eô minorem eſſe, contradictoria ſint.

Hinc ergò nunc ſatis ſuperque apparet, in Theſi Reſpondentis id, quod probandum fuerat, (nimirum, Chriſtum ſummum eſſe Deum,) infirmiter nimis fuiſſe probatum; quandoquidem omnia ea, quæ de Chriſto probata ſunt, ei, tanquam homini, competere poſſint. Et, ſi quicquam Reſpondens adhuc agere velit, neceſſe habet probare, 1. duo contradictoria poſſe ſimul eſſe vera. 2. Chriſtum καθ' ἐξοχὴν & ſecundùm excellentiam, in Scripturis dici Deum, quemadmodum alioquin ipſe Pater, ſummus eſſe Deus dicitur. Hæc verò cum in æternum probari nequeant, ſequitur, Reſpondentem hîc prorſus nunc deficere, inque diſputatoriâ hâc palæſtrâ ſuccumbere: veritate interim (quam & primos Apoſtolorum Succeſſores, univerſamque primorum duorum, imò trium ferè, ſeculorum, Eccleſiam Chriſtianam, tanquam ab ipſiſmet Apoſtolis profectam & traditam doctrinam, illibatè ſervaſſe, credidiſſe, publicéque docuiſſe, mox itidem contra vanam multorum, rem ignorantium, perſuaſionem, clariſſimè probabitur,) lucem feliciſſimè aſpiciente.

NB. Tertium probationis membrum, ex Traditione deſumptum, hîc initio additum non erat, tum, ne hiſtoria, dulcedine ſui mentem fortè maturius, quam par eſſet, à rectâ rationum hucuſque datarum conſideratione & penetratione, avocaret, adeoque vim earum obfuſcaret aut obtunderet; tum, ne ſcriptum iſtud nimium excreſceret, ingratiuſque redderetur. Nunc verò, ne quicquam deſit, hîc per typos demum annexum eſt, peculiari tamen Titulô, rem reique uſum brevi ter indicante, à prioribus membris ſejunctum.;

ORBIS CATHOLICUS in potissimis suis TRADITIONIBUS de fide primorum Christianorum EXTREME ERRANS:

Ideoque primariâ totius Christianismi sui de Deo & Christo doctrinâ, nunc cum Traditionibus illis amissâ, falsitatisque manifestè convictâ, Religionis suæ, hactenus, velut ob singularem antiquitatem & infallibilitatem nimium superbientis, conscientiisque aliorum dominantis, gravissimam ruinam, censuram, & diminutionem, sentiens:

Per

Tertium probationis, Normæque Reconciliatoris, Membrum, TRADITIONES scilicet,

Seu

VERA primæ Antiquitatis, fideique primorum Christianorum MONUMENTA:

Ad dudum amissam veritatem, pacemque Ecclesiæ postliminiò restituendam, ORBI CHRISTIANO clarius quam unquam antehac, ob oculos posita.

---

2 Cor. 13, 8.
Non possumus quicquam adversus veritatem, sed pro veritate.
2 Tim. 3, 8. 9.
Obsistunt veritati homines (NB) *mente corrupti, reiectanei circa fidem. Sed non procedent amplius: nam amentia istorum evidens erit omnibus.*

Annectenda præcedentibus, tanquam Tertium probationis Membrum.

Traditiones Veterum nonnullorum de Christi cum Patre æqualitate falsò ab Apostolis profecta esse dicuntur: quandoquidem Historia Ecclesiastica veraque Traditiones contrarium testentur.

NE quoque Traditiones Veterum (ad quas nonnulli, ubi à veritate victi sunt, inque Scripturis nihil amplius præsidii reperiunt, confugere solent,) ulli homini amplius imponant, ac si sententia de æqualitate Christi cum Patre, quæ tamen, ut hactenus patuit, nec per sanam rationem, nec per Scripturas, probari potest, ab Apostolis sit profecta, aliisque per manus tradita: age ostendamus, tantum abesse, ut hæ Veterum nonnullorum Traditiones veræ sint, ut potius contrarium ex Historia Ecclesiastica eluceſcat, nimirum, ad 200 & amplius à nato Christo annos, ne unum ex omnibus veteribus Ecclesiasticis Scriptoribus, quorum quidem scripta genuina habentur, reperiri, qui non Christum & ævo, & dignitate, & potentiâ, minorem esse Patre crediderit, docueritque. Id verò ob hanc causam eò promptius nunc exequemur, quòd omnes penè Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores hîc, sive per incuriam aut insciti am, sive quod sententiæ suæ ruinam inde metuerent, dormitarint, & præter unum fortè, Petavium Jesuitam (de quo postea: quique ob singularem hanc suam ingenuitatem, publicam laudem meretur,) ulcus hoc tangere, veritatemque in lucem proferre, detrectârint, neglexerintvè. Sed & eô hoc ipsum nunc explicabimus fine, ut, ubi homines nec in ratione sanâ, nec in Scripturis, nec demum in Traditionibus, ullum sententiæ suæ reperturi sunt fundamentum, datâ DEO laude, errorem suum tandem aliquando agnoscere incipiant, & falsitate ejuratâ, cum pridem desertâ veritate in gratiam redeant.

Et principiò, cœpit quidem mox post Apostolorum obitum prava aliqua Apostolica de Christo doctrina mutatio.

Et principio quidem verisimile esse videtur, post obitum Apostolorum, prout Egesippus apud Eusebium lib. 4. hist. Eccl. c. 22. docet, Christianos aliquos, at Pseudo-Christos, Pseudo-Prophetas & Pseudo-Apostolos, ex 7. illis hæresibus in populo Christiano, quas ibidem citatus Egesippus recenset, quorumque antesignanum & primipilum Simonem Magum Samaritanum (adeoque à commixtione veri Dei cum Deastris & idolis in cultu suo religioso Samaritico non abhorrentem,)

rentem,)facit,descendentes,confictis *perversissimis*(NB. ipsa Egesippi verba) *contra Deum & Christum doctrinis, unitatem Ecclesiæ primitus divisisse*, adeoque (ut ex Simonis Magi doctrinâ mox apparebit,) sanam de DEO & Christo doctrinam, confictâ novâ Christi generatione, novoque Christo introducto, corrupisse. *Origo mutata Apostolica de Christo doctrina.* De Simone enim Mago, ceu hæreticorum omnium Patriarchâ, & qui impietatis suæ semina mox & Romæ sparsisse, ibidemque statuâ honoratus esse fertur, omnes ad unum Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, (cum quibus & Lucas Act. 8, 9. 10. 11. conferri potest, ceu qui ab illis non longè abit,) testantur, eum primum Christomachum fuisse, id est, negasse, Jesum esse Christum & Redemptorem, seu talem, qui pro peccatis mortuus sit; contrà verò asseruisse, se unum & Filium esse, qui inter Judæos apparuerit, & Patrem, qui in Samaria descenderit, & Spiritum Sanctum, qui in gentibus adventaverit; se transfiguratum descendisse, & in hominibus quidem ut hominem apparuisse, cum non esset homo, & passum in Judæâ putatum, cum non esset passus; se esse infinitam potentiam, & Selenem primam esse mentis suæ conceptionem (nam secundam, *Vocem* & mentis comprehensionem appellavit, & tertiam, *Rationem* seu cogitationem vocavit:) matremque omnium, per quam initio mente conceperit Angelos facere & Archangelos. Hanc enim Ennœam exsilientem ex se, cognoscentem quæ vult Pater ejus, digredi dixit ad inferiora & generare Angelos & Potestates, à quibus mundus sit factus. Et hæc ex Irenæo, l. 1. c. 20. Theodoreto, hæret. fabul. l. 1. aliisque, descripta Simonis Magi deliria, figmenta & portenta, cum accedente mox Cerinthi expolitione, de quâ paulò post dicetur quoque, nisi vehementer fallor, prima lineamenta & rudimenta Orphéi (hominis Ethnici, & Pausaniâ teste, Magi quoque,) versuum, à Justino Martyre in Exhort. ad Græcos citatorum; (quique ita habent:

Vocem juro Patris, primum quam condidit ore,
Consilio ipse suo mundum cum conderet omnem:)

omninò fuisse videntur; quos impostor aliquis, Simonis Magi Discipulus, sub Orphei nomine, ceu cui, teste Suidâ, ob nominis celebritatem, antiquissimis temporibus, permulta aliorum auctorum scripta, tanquam

ejus

Origo mutatæ Apostolicæ de Christo doctrinæ.

ejus genuina, ut ita majorem nanciscerentur auctoritatem, tribuebantur, inter Christianos primum sparsisse videtur, quosque deinde Iustinus, tanquam ex Mosis doctrina ab Orpheo haustos, sibi & aliis sacros fecit. Nam ubi versus illos citat Iustinus, Poëtas illos antiquos & Philosophos, Orpheum scilicet *Homerum, Pythagoram, Platonem*, &c. *Mosæ libris adjutos, postea eis, quæ antehac falsò de Diis censuerant, contraria docuisse*, ait: proque exemplo mox subjiciens Orpheum, *hunc divinis Mosæ aliorumque prophetiis aliquâ ex parte in Ægypto operam navantem, intellexisse* putat, *Verbo Dei omnem factam esse Creaturam*: Et propterea eundem Orpheum, verbis prioris versus posteriorem addidisse versum, ait. (scilicet, ut constaret, de tali se voce seu verbo, primum à Patre condito, locutum fuisse, per quod Mundus deinde sit conditus.) Hisce igitur Simonianorum artibus & deliriis circumventus Iustinus, Orpheique dictis versibus, (haut diffitente Petavio, lib. 1. de Trin. c. 5. §. 10.) juxtim cum aliis, nixus, sententiam suam de Christi, ceu *Mentis, Vocis*, & *Rationis*, Patris, (NB.) ante Mundum conditum generatione ex Patre, ut Mundus per eum conderetur, utque ad homines descenderet, tandemque homo quoque fieret, proposuit. Conferat enim qui voluerit, utramque sententiam, & mecum, si animus non lævus fuerit, sentiet. Imò si causæ quoque aliæ, quæ scilicet Iustinum, aliosque ejus sequaces, ad ejusmodi sententiam recipiendam permoverint, hic addantur, nimirum; Platonicæ Philosophiæ cognitio & amor; (nam uni Philosophiæ has à Scripturis divinis Iustini aberrationes adscribi haud debere, quemadmodum fortè nonnullis videri posset, & præterea, Platonem quoque ipsum minimè à Mose talia accepisse, quemadmodum ipsi Iustino hoc quidem placet, is protinus sentiet, qui tum duarum in Christo naturarum, aliorumque his similium excogitationem, multò commodiùs & certiùs hæretico alicui, & Christi fide imbuto, Simoniano Cerinthianovè, quam Platoni, homini prorsus gentili, quique an Christus futurus esset, & quis quantusque ille tandem futurus esset, prorsus adhuc ignorabat, imputari; tum Platonis quoque sententiam de uno summo ineffabili, ob summam Majestatem

em invisibili, immutabilique DEO, virtutibusque, gelis seu geniis, Dæmonibus & Diis, ex illo summo O, ceu radiis ex Sole emanantibus & productis, nonnunquam in Terra sub nomine Spirituum, imò ii & Verbi; ob præstantiam inter Spiritus alios, vontatisque summi DEI & Patris, annunciationem, nc ita dicti, apparentibus & conspectis; sine Mocorum aut Propheticorum librorum ope, imò, antem Moses ipse vixerit aut scripserit, solo rationis su & ductu inveniri, proponi & urgeri potuisse, no) gentilismi, pluriumque Deorum non prorsus literata memoria, hominesque præstantes mox in merum Deorum reponendi consuetudo, eumque, homo tantum sit, colendi religio & horror, &c. confecta erit: & origo Sententiæ de nova Christi oductione, novoque adeò Christo, patet. Inprimis si hoc hîc adhuc observetur, quod Cerinthus supradim Simonis Magi sententiam mox verisimiliorem & ndibiliorem fecerit: Negans quidem itidem, prout eneus annotat, lib. 1. adv. hær. c. 25. Jesum esse Chrim, at Christum tamen Dei Filium, formâ demum olumbæ, in Jesum baptizatum, ab ea principalitate, æ est supra omnia, descendisse, virtutesque perfeciste, instante passione iterum à Jesu in Cœlos ad Patrem volasse, asserens; & hinc, *distinctionem divinæ in hristo Naturæ seu personæ ab humanâ*, at nimis crasm, separationemque facientem, primus apertè introdus & comminiscens; adeoque & æque crassam (Mórchiâ quoque adhuc soli Patri tributâ,) personarum in rinis distinctionem seu *Trinitatem*, postquam Simon agus, Paxeanorum, Patripassianorum, & Sabelliarum Parens, *Unitatem* personarum superstitiosius, & earum confusionem usque, ursisset; *primus sine dubio gitans*, pomumque eridos Christianis proponens: ò, ut hæc Cerinthi sententia & doctrina, cum ore illâ Simonis Magi aptè commixta, & ea, quæ sine stinctione personarum à Simone unita fuerant, levi- juxta personas aut naturas separans & distinguens, ltò sanè clarius, quam à solo Simone factum fuerat, coæquales & coæternas in una essentia personas, duas in Christo naturas, quemadmodum hæ à Iuo Martyre primùm adumbratæ sunt, subsequenti-

Origo mutata Apostolica de Christo doctrina.

bus temporibus clarius exprimendæ & proponendæ nunc ponat, ſtatuatque.

Mutatio tamen hæc neutiquam uſque ad æqualitatem Chriſtianum Patre inter Chriſtianos veros proceſſit: quinimò omnes adhuc Eccleſiæ Doctores intra ducentos à nato Chriſto annos, ſoli Patri ſummam Deitatem adſcripſêre.

Hæc, inquam, omnia, quæ de ſanæ doctrinæ poſ Apoſtolorum tempora corruptione, novique Chriſt introductione, hucuſque dicta & allegata ſunt, veri milia quidem eſſe videntur: nihilominus tamen nunquam conceſſerim, Satanam, quicquid etiam aliàs in profeſſione Chriſtiana innovare, immutare, pervertere & corrumpere, molitus ſit, eò rem unquam deduxiſſe, ut ulli Chriſtianiſmi profeſſores, Eccleſiæque Doctores, quocunque etiam modo ſeducti, intra primos ducentos, & quod excurrit, à nato Chriſto annos, Chriſtum Patri æqualem ſtatuerint: quinimò omnes & ſinguli, Patri debitam præ Chriſto prærogativam, ſummamque ſemper Deitatem, adſcripſêre. Quod, ut jam clariſſimè conſtet, & cuivis pateat, enumerabimus primò omnes Eccleſiæ doctores, quotquot indè ab Apoſtolis ad ducentos circiter annos, ſcriptis ſuis clari extitêre, quorumque ſcripta ad nos vel integra vel imperfecta pervenêre: ut enumeratis omnibus, ne ſuſpicio quidem ſit amplius, fore fortè aliquos, qui ab his diverſum vel ſenſerint vel docuerint. Deindè, ſingulorum ita enumeratorum ſententias & doctrinas, ex indubitatis aut receptis ipſorum ſcriptis producemus & proferemus: ſcopo, quem nobis præfiximus, hâc ratione pleniſſimè ſatisfacturi, fidemque noſtram datam fideliſſimè exſoluturi.

Catalogus Eccleſiæ Doctorum, de fide primorum duorum ſeculorum indubitatè teſtantium.

Catalogus igitur *omnium Eccleſiæ Doctorum*, indè ab Apoſtolorum temporibus ad integros uſque ducentos annos, quorum ſcilicet ſcripta adhuc extant, quoſque vel Petavius ipſe pro Traditione ſua Trinitatis aſſerendâ allegat, hic eſt: I. *Hermas, ſeu Paſtor* dictus. II. *Clemens Romanus.* III. *Ignatius.* IV. *Polycarpus.* V. *Juſtinus Martyr.* VI. *Athenagoras.* VII. *Theophilus.* VIII. *Tatianus.* IX. *Irenæus.* X. *Tertullianus.* Hi, inquam, decem ſoli ſuperſunt, qui de fide primorum duorum ſeculorum, indubitatò teſtari poſſunt. Nam quæ ſub *Dionyſii Areopagitæ* nomine circumferuntur, ea nec ipſe Petavius allegat, imò lib. 1. de Trinitate c. 3. §. 3. prout propria ejus verba in Juſtino deinde allegabuntur, vel eò quoque nomine ab ipſo prorſus rejici videntur, quò Bellarminus lib. de Script. Eccleſ. librum Juſtino attributum

ibutum (Expositionem fidei, dictum,) cum suppositis aliis rejecerat, quòd scilicet inibi de Trinitatis Incarnationisque mysteriis multò apertius & distinctius efferatur, quàm scriptores ejus sæculi facere soleant. Ob quam causam Petavius sine dubio nec suppositum illum *Martialem*, à nobis similiter omissum, allegare audet. Quanquam & altera adhuc sit ratio, scilicet, quòd Veteres tàm hujus quàm illius, nunquam & nusquam meminerint. Et etiamsi demum Veteres unius adhuc à Petavio allegati, *Aristidis* scilicet, fecerint mentionem, nostrà tamen is à Petavio hûc citatur, quandoquidem nil præter nomen Aristidis nunc supersit, & Martyrologiorum quidem testimonium de titulo scripti Aristidis, (quod scilicet Christus Jesus solus esset Deus,) nil adhuc probet; eò, quod verè dici possit, Christum Jesum solum esse Deum, scilicet à Deo factum & constitutum. Quæ sine dubio Aristidis, quemadmodum omnium istius temporis Christianorum, prout mox probabitur, sententia fuit. Ut id nunc taceam, testimonium illud Martyrologiorum recentius, adeoque incertius esse, quàm ut fidem mereri possit: Petaviò quoque ipsò, his suis verbis: *Si Christum solum esse Deum probavit Aristides*, &c. fidem eorum suspectam esse innuente. Nunc igitur, quæ singulorum, modò numeratorum Ecclesiæ Patrum, de Patre Domini nostri Jesu Christi fuerit sententia, confessio & doctrina, ordine videamus.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum sæculorum Christianos.

I. *Liber Pastoris seu Hermæ*, qui circa annum Christi 80. mum vixisse creditur, ipso quoque Petavio, in præfat. Tom. II. de Trinit. c. 2. §. 6. citante, ita dicit: *Credè, quoniam unus est Deus*, (Pater scilicet. Nam de Filio nunquam ita, sed semper aliter loquitur: prout audiemus.) *qui omnia constituit, & fecit, ut essent omnia, omnium capax, & qui à nemine capitur.* Hæc verò de Patre tantum dici, non item de Filio, adeò clarum est, ut nec Petavius id tandem diffiteatur, & proinde ex aliis hujus Autoris verbis, traditionem suam elicere conetur. Ait enim: sed etsi unus ille Deus de Patre *solo* intelligatur, cæterarum personarum fit in eodem libro mentio: (Benè! perge!) nec aliter, quam ut veri Dei & summi. (Hæc verò falsissima sunt: prout postea monstrabitur. Audiamus verò hîc tuam probationem

Primus scriptorum Christianorum apertè Patrem Filio majorem facit.

Solus Pater summus Deus, secundùm primorum seculorum Christianos.

tionem. Inquis ergò porrò:) Etenim in lib. 3. similitudine 5. dum interrogasset Hermas, quare Filius Dei in similitudine hac servili loco ponitur? respondet Pastor: In servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in magna potestate & imperio. (Atqui hîc addere debuisses, Petavi, si non fallere alios, sed docere voluisses, de quâ potestate, de quo Imperio, Pastor fuerit locutus? nimirum, non de æquali cum Patre potestate & dominio, sed *de traditâ ei post mortem à Patre potestate, dominioque super populum suum, sibi itidem à Patre datum, & cui Christus ipse Doctores præfecerit*: quo nomine Christum non ut servum sed ut Dominum populi sui esse, introducique, ait: prout se mox, rationem quærenti Hermæ, Pastor diserte explicat. Et proindè infausto admodum omine Trinitatem tuam per Traditionem confirmare ostendereque incipis, Petavi: inque ipso limine offendens, neque probare potes, quod probare volebas, scilicet, Hermam Filii & Spiritus Sancti facere mentionem, non aliter, quam ut veri Dei ac summi: neque Autorem candidè citas, ceu longè aliter, & ad nostram mentem, sese explicantem: adeoque nos fallere voluisse videris? Quod tamen à candore tuo, aliis in rebus demonstrato, non expectassem. Sed pergis tua ex alio Auctoris loco probare, & inquis:) Et in similitudine nona: Filius quidem Dei omni Creaturâ antiquior est, inquit, ita, ut in Consilio Patri suo adfuerit ad condendam Creaturam. Jam hæc (inquis porrò,) primaria est divinitatis nota. Nihil enim inter Deum & Creaturam medium est. Quicquid autem est Creatura, id servili conditione censetur. Itaque hoc Argumento multum Patres contra Arianos utuntur. In eodem verò loco Spiritus Sancti meminit: eumque dicit infundi & habitare in hominibus, eique servire corpora nostra. Qua ratione divinitas illius ab antiquis probari consuevit. Ita non obscuris lineamentis expressa est doctrina Trinitatis illo in libro. *Hucusque verba tua.* Verum ô Petavi, nec à Creatura discerni, est, prout tu putas & obtendis, primaria divinitatis nota: secundum Veteres ut minimum Christianos. Nam plerique Veterum, imò omnes, quos jam ordine allegabimus, quosque & tuipse toties allegâsti, atque ita allegare docuisti alios, Filium quidem semper à Creaturis

ris distinguebant, nunquam tamen cum Patri æqua- *Solus Pater*
m esse statuebant. Recognosce propria tua verba ex *summus*
l. 1. de Trinit. c. 5. §. 7. quæ hæc sunt: Ac tametsi *Deus, se-*
antiquiores) Filium de Patris esse substantia sive na- *cundum*
ura assererent, quâ unâ re à cæteris, quæ Creaturæ *primorum*
propriè vocantur, illius conditionem diversam facie- *seculorum*
ant: non minus tamen quam Creaturas initium ha- *Christianos.*
uisse, hoc est, minimè ex æterno distinctam hypo-
tasin fuisse, putarunt: imò (prout paulò antè dixe-
as,) ævo, dignitate, ac potentiâ, superiorem esse Ver-
o Patrem arbitrati sunt. Tibi ipsi ergò hîc contraria
oqueris, Petavi, nihilque ex Auctore nostro probas.
Quid? quod ex ejus similitudine quinta, cujus te multa
udiô prætermisse, paulò antè dictum & ostensum est;
manifestè appareat, Filium Dei ab ipso, aut pro homi-
e tantum fuisse agnitum, aut ad minimum, Patre,
mò & Spiritu Sanctô, multò minorem fuisse creditum.
Citato enim loco Filium, non tantum ut Servum Patris
ntroducit, sed etiam ut Servum Spiritus Sancti, eique
obedientem. Ait enim: *Et propterea corpus Christi*
seu Filii Dei, cui infusus erat Spiritus Sanctus, huic Spi-
ritui servivit. Et mox: *Corpus Christi*, inquit, *Spiritui*
Sancto semper obediverat. &c. *& propterea placuit Deo,*
& receptum est in gloria: eò quod tam pius cursus, tam-
que pia vita Filii sui, corporisque ejus sancti, Deo valdè
accepta fuerit, placueritque. Imò, paulò antè Deum
introduxerat, cum Spiritu Sancto, (NB) & Angelis,
de Christo in cælestem hæreditatem evehendo, de-
liberantem, sententiasque illorum super hac re exqui-
rentem: additque, *Deum propterea illos in consilium*
adhibuisse, ut corpori illi, quod Spiritui Sancto indesinen-
ter & sine contradictione serviverat, illustris aliquis
peculiaris locus assignaretur, neque laboris præstiti mer-
cus amissa videretur. Hæc & ejusmodi alia, Auctor no-
ster de Filio prodit, Petavi! quæ longè alia sunt, quàm
nobis fingis; quæque omninò docent, Pastorem
nostrum nunquam Filium Dei cum Patre coæquasse,
sed Patrem juxtim cum reliquis antiquis, filio superio-
rem credidisse. Et incertum quoque prorsus adhuc
est, utrum, dum in similitudine 9. Filium Dei omni
Creaturâ antiquiorem esse, ait, per Filium Dei, Chri-
stum intelligat? quandoquidem tum in similitudine

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

quinta, tum alibi, Spiritum Sanctum Filium Dei, (prout id ab aliis quoque Veteribus, Athenagorâ nimirum, Theophilo, Tatiano, &c. vel te quoque confitente, factum est,) appellet: videaturque hîc ab ipso Filius Dei propterea pro Spiritu Sancto sumi, quod Spiritus Sanctus Christo primariò, & præcipuè destinatus datusque fuerit: quemadmodum Autor in citata similitudine quinta loquitur. Sed quicquid de hoc ultimo sit, de quo viderint alii, (cum minimè hûc nunc spectet, quemadmodum nec illud, quod corpora nostra servire dicantur Spiritui Sancto. Nam & Christi corpus ibidem Spiritui Sancto serviviſſe, obediviſſeque dicitur; nec tamen Petavius propterea concedet, Spiritum Sanctum Christo esse superiorem.) hoc nunc tamen certum est, & manet, Pastorem nostrum Filium Dei Patre multò minorem statuisse & credidisse: adeoque solum Patrem (id quod nunc monstrandum erat,) pro summo Deo habuisse. Tantum igitur de Hermâ, ceu primô in ordine à nobis allegato Traditionis verioris teste. De cujus libro hoc adhuc admonendum esse censeo, eum tantæ apud Veteres fuisse autoritatis, ut ab Irenæo simpliciter pro Scriptura in rebus fidei allegetur, lib. 4. c. 37. & ab Origene in Cap. 16. Rom. divinitùs inspirata scriptura dicatur: ab Athanasio demum de Incarnat. p. 39. Liber utilissimus, & ab Hieronymo lib. de Script. Eccles. qui eum apud quasdam etiam Græciæ Ecclesias publicè legi ait, liber revera utilis vocetur. Quibus omnibus encomiis Petavius & hoc subjungit, haut in postremis hîc habendum: librum hunc scilicet, à nullo hæresis, falsive, maximè de Trinitate, dogmatis, insimulatum esse.

Alter Scriptorum Christianorum, quemadmodum primus, Patrem Filio majorem facit.

Sequitur II. *Clemens Romanus*, circa annum C. 92. Hunc verò (ut libros Constitutionum, ei falsò fortè adscriptos, nunc taceam, in quibus alioquin lib. 2. c. 48. Filium expressè minorem Patre facit, dum ita scribit: *Quæcunque Diaconus potest, moderetur per fest, acceptâ ab Episcopo potestate. Sicuti Christus potestatem credendi ac providendi accepit à Patre*: qualia nonnulla & in aliis horum librorum locis reperiuntur:) in Epistolis ejus duabus ad Corinthios, quarum prior pro indubitatâ habetur, non tantum Photius Patriarcha Constantinopolitanus, vel ipso Petavio dicente, suspectum

pectum habet Arianismi; (ô tempora! ô mores! Etiam-ne innoxios illos Patres hæreseos mox insimulare pergetis, si tantum Apostolicè loquantur? quemadmodum de Clemente Photius ipsemet testatur; & Filium Patri æquare prætermittant? Annon hoc modo vel ipsi Apostoli vobis tandem fieri poterunt hæretici aut Ariani?) sed & Petavius ipsemet magis adhuc hujus hæreseos suspectum reddit. Ita enim Photius in Bibliothecâ suâ de Epistolarum illarum scriptore Clemente annotat: Simplex ejus oratio est ac perspicua, ad Ecclesiasticam & inelaboratam accedens dicendi formam. Reprehendat verò hoc in illis quispiam, quod summum Sacerdotem Præsidemque Dominum nostrum Jesum Christum appellans, ne illos quidem Deo convenientes & sublimiores de eo voces pronunciet, tametsi nec apertè illum ullibi in his blasphemet. En accusationis Photianæ capita! quæ qualia sint, jam dictum est. Petavius igitur, nihil clementior in hunc Clementem, ostendereque volens, & hunc juxtim cum aliis Veteribus in nonnullis de Trinitate errasse, Patremque Filio majorem statuisse, hæc de eo, Photiique judicio, subjungit: lib. 1. de Trinit. c. 3. §. 7. Photius, inquit, de Epistolis Clementis ad Corinthios loquens, suspectum hoc in priore esse dicit, quod, cum Jesum Christum Pontificem & Patronum nostrum appellasset, nullas alias voces, divinitati ejus congruentiores, ac sublimiores addiderit. At in secundâ expresse Deum nominari. Sed si hoc satis esse credidit Photius adevitandam Arianæ hæresis suspicionem, Deum nominare Christum, multum falsus est. Nam Deum Ariani impigrè nominabant Christum, etiam qui inter ipsos perditissimi erant Anomæi, ut ex illa re neutram in partem præjudicium facere liceat. Ita nec per ipsum Petavium Clemens noster ab hæresi absolvi potest, imò magis adhuc illi impacta manet. Quid ergo? Nimirum, accipiamus ab Adversariis nostris, quæ illi nobis ultrò largiuntur & donant: scilicet, Clementem Filium Patri non æquare, sed ut eô minorem cum aliis antiquis habere. Dissentiamus verò ab eis in hoc, quod Clemens id faciat Apostolicè prorsus, & secundum veritatem, non autem hæreticè aut malè, prout adversarii volunt. Et certum est, Clementem, si evolvatur, perpetuò ita loqui, ut

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

Patri prærogativam præ Christo relinquat, & deferat, eum, Deum omnipotentem, Deum unum, omnium Conditorem, Deumque passim appellando, & ita quidem, ut Christum juxtim ab illo Deo manifestè distinguat: adeoque in censum illum summæ Deitatis minimè admittat. Christum verò præterea ita tantum, quemadmodum & de Hermâ dictum est, describit, ut vix aliam, quàm humanam naturam in ipso agnovisse videatur. Ejus enim summam dignitatem & sublimitatem descripturus, splendorem eum tantùm, & radium magnificentiæ Dei appellat, & cum Angelis duntaxat, ob acceptam à Deo potestatem, comparat, non verò Deo exæquat. &c. Quibus argumentis permoti Adversarii, de Clemente hoc tam inclementem sententiam tulêre, eique vel hæreseos labem, (hæretici ipsimet potius, & ab antiquâ veritatis semitâ, per nimiam cum aliis altercationem, aliorumque seductionem, aut rejectum veritatis amorem, prodigiosè alienati,) aspersêre. At longè aliter, & honestius multò Veteres, Patrem Filio majorem esse non ignorantes, de his Clementis Epistolis judicarunt. Irenæus enim de iis ita loquitur: lib. 3. adv. hær. c. 3. Sub hoc igitur, inquit, Clemente dissensione non modica inter eos, qui Corinthi essent, fratres, factâ, scripsit quæ est Romæ Ecclesia, potentissimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians, quam in recenti ab Apostolis receperant traditionem, annunciantem unum Deum omnipotentem, factorem Cœli & Terræ, plasmatorem hominis, qui induxerit cataclysmum, & advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de Terra Ægypti, qui collocutus sit Mosi, legem disposuerit, & Prophetas miserit, qui ignem præparaverit Diabolo & Angelis ejus. Hunc patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesiis annunciari, ex ipsa Scriptura, qui velint, discere possunt, & Apostolicam Ecclesiæ traditionem intelligere, cum sit vetustior Epistola his, qui nunc falsò docent, & alterum Deum super Deum unum & factorem horum omnium quæ sunt, commentiuntur. Quibus Verbis Irenæus non tantum iniquiores illos hodiernos Clementis censores perstringit & confundit, sed & sententiam nostram manifestè confirmat, solum Patrem Domini nostri

Jesu

esu Christi (adeoque excluso Christo) à Clemente & apostolis, unum Deum omnipotentem &c. prædicari. Videndum igitur se propinat Petavius, dum quasi contra seipsum, & postquam alibi, prout vidimus, contrarium ostendisset, præfat. in Tom. II. dogm. Theol. c. 2. §. 2. tum ex aliis nonnullis Clementis verbis, nullum prorsus vim ad Trinitatem ipsius confirmandam habentibus, tum denique ex his, ubi Clemens ait: An non unum Deum habemus, & unum Christum, & unum Spiritum gratiæ, effusum in nos? colligit, Clementem & tres divinitatis personas hîc intellexisse, & præterea hos tres æquales & ὁμοτίμους fecisse. Planè, ac si Christus non posset dici unus, nisi persona divinitatis, Patrique æqualis esse, simul statuatur. O miseram collectionem! Cum potius Clemens, eò quod Christum ab uno Deo hîc distinguat, adeoque excludat, minimè omnium de tribus æqualibus divinitatis personis sive egisse, sive cogitasse, censeri deberet. Proindè, quotquot non jurarunt in verba Petavii, & judicii sunt liberioris, hos longè aliter nunc visuros & collecturos esse confido. Pergo ad Ignatium.

Solus Patet summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

III. *Ignatius Episcopus Antiochenus* circa annum Christi 100. in Epistola ad Tarsenses (secundum Latina Exemplaria, quæ à Bellarmino, in lib. de Script. Eccles. p. 42. doctisque aliis, multò emendatiora Græcis esse creduntur,) ita scribit: *Novi, quoniam quidam Ministrorum Satanæ voluerunt vos turbare: quorum quidam dicunt, quia Jesus putativè natus est, & putativè crucifixus; quidam verò, quia non est filius ejus, qui fecit mundum; alii autem, quia ipse est ille, qui est super omnia Deus* &c. (hic nota, Ignatium eos Satanæ ministros appellare, qui de Christo dicebant, eum Deum super omnia esse. Unde patet, quam impium visum fuerit Ignatio, Christum Patri æqualem statuere. Pergit verò Ignatius, contrarium probaturus, nimirum, Christum non esse ipsum super omnia Deum, & ait:) *Et quoniam non ipse est, qui est super omnia Deus, sed Filius ipsius,* (hîc apparet, Veteres, ubi Filium à Patre distinxêre, eum non tantum à Persona Patris, sed etiam ab ejusdem essentia distinxisse: quandoquidem Deum super omnia esse, non tantum personam, sed & essentiam Patris concernat. Apparet 2. Veteres pro uno

Tertius Scriptorum Christianorum, cum prioribus duobus paria faciens, Patrem Filio majorem esse urget.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

eodemque habuisse, sive quis Patrem diceret, sive Deum super omnia, & æquè hoc atque illud de Filio negasse: adeoque quoties Filium dixêre, eum Patri minimè æqualem statuisse. Unde 3. patet, quid mysterii sit, quod Veteres in fidei Symbolo Filium à Deo omnipotente, rerumque omnium conditore, distinxerint, adeoque excluserint. De quo tamen infrà latius. Nunc, quomodo Ignatius Filium non esse super omnia Deum probet, audiamus. Inquit enim:) *Dicit: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum. Et quando subjecta ipsi erunt omnia, tunc & ipse subjicietur ei, qui subjecit ei omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* (Horum Ignatii verborum hic est sensus: fieri non posse, ut is Deus super omnia sit, qui ad Deum super omnia se ascendere dicat: quemadmodum hanc explicationem exemplaria quoque nonnulla Latina expressè addunt. Impossibile quoque esse, ut is Deus super omnia sit, qui suum adhuc habere Deum fateatur. Et ut magis magisque appareat, tum hanc fuisse Ignatii sententiam, tum Veteres de toto Patre, quantus quantus esset, non verò quemadmodum hodiernos, de persona ejus tantùm, quatenus essentiæ contradistinguitur; de toto item Filio, quantus quantus esset, non verò de hac vel illa tantùm creditâ naturâ, locutos esse: concludit tandem ipse Ignatius, & disertè ait:) *Igitur est alter, qui subjecit, & qui est omnia in omnibus; & alter, cui subjecta sunt, qui & cum omnibus subjicietur.* Idem Ignatius in Epistola ad Philippenses, Christum introducit *præcipientem baptizare in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*, & addit: *non in unum quendam trinomium, neque in tres unius ejusdemque honoris.* (Non ergò Filium Patri æqualem censuit Ignatius.) Quemadmodum etiam sub finem hujus Epistolæ Filium ita loquentem facit: *Non sum contrarius Deo, sed confiteor eminentiam, & non recuso adorare eum, quem novi nativitatis meæ auctorem & Dominum, atque meæ perseverantiæ custodem. Ego enim, inquit, vivo propter Patrem. Ioh. 6.* Omnium autem illustrissimus est ejusdem hujus Epistolæ locus, ubi Ignatius ita loquitur: *Quomodo rursum non tibi videtur Christus esse ex Virgine, sed is, qui est super omnia Deus, ille scilicet omnia potens? Quis ergò est, qui hunc misit,*

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

sit, dicito? quisve, qui huic dominatur? vel cujus sententiæ subjectus fuit, aut cujus Legem adimplevit, qui neque sententiæ cujusquam neque potestati cedit? at Christum nativitate eximens, ingenitum censes natum esse, & eum, qui sine principio est, cruci affixum esse? Quibus verbis Ignatius Christum manifestè Deo, qui super omnes est, qui omnipotens, & dominator, & sine principio est, opponit, adeoque satis innuit, Christum nec Deum super omnes, nec omnipotentem, nec dominatorem supremum, nec denique sine principio esse, sed principium habere: quandoquidem cruci affigi, in eum non cadat, qui super omnes sit, principiumque non habeat. Et etiamsi quis hîc excipere vellet, duas has à nobis citatas Ignatii Epistolas, ad Tarsenses scilicet, & Philippenses, dubias esse, testimonioque Veterum destitui, is sanè parum hoc suo effugio proficeret: quandoquidem Ignatius in recepta quoque ab omnibus Epistola ad Ephesios, eodem ferè modo de Deo & Christo loquatur, sentiatque, atque in illis locutus fuerat. Nam in hâc, & *solum Patrem Domini nostri Iesu Christi verum esse Deum, ingenium, & inaccessibilem, universorumque Dominum exsesè fatetur*; & præterea, hôc ipsô Filium Patre minorem esse innuit, *quod filius à seipso nihil loquatur, sed ea tantum, quæ à Patre audiverit, & qui omnia de sententia*, id est, jussu ac voluntate, *Patris, creaverit, constituerit*que. Quod ultimum scilicet, & in Epistola ad Philippenses similiter reperitur. Cæterum, num tempore Ignatii jam hæc fuerit in Ecclesiâ recepta fides, ut idem Jesus Christus duplici naturâ præditus, verus homo, & Deus, haberetur, quemadmodum quidem Petavius vult, incertum adhuc (etiamsi rudimenta aliqua illius fidei jam in interpolato hoc nostro Ignatio apparere concedatur,) est: eò, quod in tam variè interpolatis Ignatii Epistolis, quid verè genuinum sit, cognosci nequeat: possintque & illa, quæ Petavius præfat. in Tom. II. c. 2. §. 8. ex Theodoreto citat, quæque ei maximè genuina esse videntur, de solo homine Christo, per Spiritum Dei nato, intelligi: quodque præterea, ex mox allegando Polycarpo, ceu successore Ignatii, nihil adhuc de duabus in Christo naturis appareat: tantum abest, ut (quod Petavius hîc addit,)

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

dit,) allegata ab eodem Theodoreti loca demonstrar valeant, duplicis naturæ in Christo professionem e Traditione Christi & Apostolorum fuisse. Quidn enim professio hæc, etiamsi tum quoque fuisse pone retur, ex traditione pseudoChristi & pseudo Aposto alicujus, (ut cum supra citato Egesippo loquar,) quem admodum nonnullæ aliæ incommodæ, imò insulsæ sive Ignatii, sive aliorum antiquorum sententiæ, qua nec Petavius ipse admittit; non verò mox, ex Christi & Apostolorum Traditione, fuisse potuisset? Sed d his aliàs, ubi scilicet de Iustino agetur.

Quartus Scriptorum Christianorum, convenienter præcedentibus tribus, Patrem Filio majorem facit.

IV. *Polycarpus* igitur Episcopus Smyrnensis sequitur qui circa annum Christi 130. vixit. Hujus nihil nobi reliquum est, præter Epistolam ad Philippenses scrip tam, & fragmenta pauca, ab Eusebio servata. Cæte rum in Epistola ad Philippenses nihil prorsus contine tur, quod divinitatem Christi argueret; imò Christu non tantum semper à Deo omnipotente aut summo distinguitur, qui etiam Deus Domini nostri Jesu Chri sti dicitur; sed & perpetuò (quemadmodum in superio ri Clementis Romani Epistola) *ut homo tantum, & qui in carne venit*, constitutus scilicet minister omnium suscicatus tandem, & à Deo exaltatus, Dominusque noster & Pontifex sempiternus existens, in quem proinde omnes credere debeant, *introducitur*. Quod ipsum & Polycarpum Patrem Filio multò majorem statuisse, eundemque Filium hominem tantum credi disse, cum in exaltatum tantùm credere jubeat, docet & præterea hoc idem nunc Petavium destituit, prohi buitque, quò minùs is ex eâ pro Trinitate suâ testimo nium ullum proferre potuerit. Cum primis verò hoc ip sum D. Calovium, Professorem Wittebergensem, adeò malè habuit, ut in Dissertationibus Theologicis Ro stochiensibus p. 197. hanc Epistolam propterea, quod nihil in ea inveniret, ad Trinitatem faciens, eamque indicans aut confirmans, in pseudepigraphorum cen sum conjecerit. Verba ejus sunt hæc: Quod ad Epi stolam Polycarpi ad Philippenses, quæ in Orthodoxo graphis habetur, neque refert ea Spiritum vel genium tam diligentis Johannis Discipuli, nec assequitur B. Ire næi encomium, quod tribuit genuinæ Polycarpi Epistolæ, ideoque merito suo numeratur inter ψευδεπίγραφα.

Licet

cet tamen (addit) de confessione (Trinitatis) & fi- *Solus Pater*
ejus, judicium facere è precatiuncula apud Eusebium *summus*
c. 15. *Hucusque Calovius.* Verùm non propterea a- *Deus, se-*
mox ita displicet, aut displicere potest Polycarpi hu- *cundum*
Epistola, quia D. Calovio displicet. Quinimò, (nam *primorum*
stra est, quod Calovius eam Epistolam, quæ ab om- *seculorum*
us vetustioribus indubitatò recipitur, suspectam *Christianos.*
nc facere velit:) ex vetustoribus, Irenæus, lib. 3.
nt. hær. c. 3. & ex eo Eusebius, lib. 4. hist. c. 14.
notificam admodum ejus faciunt mentionem:
tant, inquiunt, & Epistola Polycarpi ad Philippen-
scripta, & ad hoc institutissima, ut ex ea fidei cha-
sterem ac veritatis doctrinam cognoscere queant ii,
i salutis suæ rationem habent. Et Hieronymus: lib.
Script. Eccles. Polycarpus, inquit, scripsit ad Phi-
penses valdè utilem Epistolam, quæ usque hodiè in
ventu Asiæ legitur. Photius item, Patriarcha Con-
ntinopolitanus in Bibliotheca sua: Lecta est, inquit,
lycarpi Epistola ad Philippenses, multis referta ad-
onitionibus, cum perspicuitate & simplicitate, juxta
cles iasticæ interpretationis formam. E recentiori-
s verò Bellarminus: lib. de Script. Eccles. Sanctus,
quit, Polycarpus, Episcopus & Martyr, unam scri-
t Epistolam egregiam ad Philippenses, quæ cum E-
stolis S. Ignatii circumfertur. Quocirca sibi quoque
nc dictum id putet D. Calovius (ob temerariam suam
istolæ Polycarpi damnationem & rejectionem,) quod
næus citato loco, Valentino & Marcioni, simili-
sque perversæ sententiæ hominibus aliis, objectat:
hic, inquiens, Polycarpus (ejusque, addo, Epistо-
) multò majoris authoritatis testis, & fidelior veri-
is est testis, quam Valentinus & Marcion, & reli-
, qui sunt perversæ sententiæ. Quod verò precа-
nculam Polycarpo adscriptam concernit, quam &
avius pro Trinitatis suæ confirmatione allegat, ea
ne Petavio plus obest quam prodest. Manifestè enim
ea Patrem tantum Jesu Christi Deum verum & om-
m Conditorem appellat, eumque per Filium, quem
cerdotem tantùm nominat, invocat. Qui loquendi
odus quid, quæsò, aliud indicat, aut indicare potest;
m quod Polycarpus, quemadmodum in sua quo-
e Epistola, solum Patrem pro summo Deo habuerit,

&

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

& agnoverit? Hinc scilicet factum quoque est, quod D. Calovius Trinitatem ex hac Polycarpi precatiuncula confirmare noluerit, sed infirmitatem rei subodoratus, Polycarpum rejecerit. Et Petavius quò magis sententiam suam evincere conatur, eò infirmitatem & nuditatem suam clarius prodit. Ait enim: In hac Polycarpi precatione, (quam longè aliter atque Scultetus in Medulla Theol. PP. lib. XI. c. I. profert; hunc scilicet in modum: Propterea & in omnibus te (Deum) laudo, te benedico, te glorifico per sempiternum Pontificem Jesum Christum, dilectum Filium tuum: per quem tibi cum ipso, *in* Spiritu S. gloria nunc, & in futura secula seculorum, Amen.) absoluta continetur Trinitatis confessio. (At, quænam, & qualis, mi Petavi? Nam si tria nomina Trinitatem dicis, nemò Christianorum est, qui eam non confiteatur? Explicat ergo sese Petavius, & ait:) Siquidem & Filius Dei propria & exquisita ratione intelligendus est: (Hoc verò illud est, Petavi, quod à te nunc probari, & non tantùm dici debuisset. Nam nec vocabulum παῖς, quò hîc Polycarpus, secundum propriam tuam ex Eusebio citationem, Filium Dei indicat, unquam propriè Filium, sed puerum potius, & famulum seu servum, significat; nec Christo tributus Pontificis titulus, qui hominem denotat, sententiam tuam admittit aut docet; quemadmodum nec Polycarpianæ fidei analogia, ceu, quâ semper Christus à Deo, eoque omnipotente, Creatore, soloque vero, distinguitur. Sed pergit tamen Petavius, hocque adhuc, infirmitatis iterum potiùs, quam probationis, momentum, addit:) & trium in eandem formulam ac communionem gloriæ complexio, naturæ ac divinitatis unitatem, & æqualitatem personarum significat: ut in secundo de Trin. libro, & in septimo fusè declaravimus. Imo verò, Phraseologia, *in Spiritu S.* nullam adhuc complexionem in unam gloriæ communionem, denotat, Petavi? Nam & Eph. 6, 18. *in Spiritu* orare docemur, sine ulla æqualitatis Spiritûs cum Patre, notâ: & præterea antiquiores, prout tu ipsemet lib. 1. de Trinit. c. 14. &c. monstras, Filium quidem cum Patre & Spiritu S. laudarunt simul, nec tamen (quod hîc nunc fusè monstratur, & mox quoque in Justino Martyre, & aliis, monstra-

monſtrabitur,) vel Filium vel Spiritum S. Patri æqualem ſtatuebant aut credebant: imò Spiritum S. nè Deum quidem dicere audebant. Scilicet, & Angeli quidem & homines Chriſtum hominem adorare, & ſecundum divinam prædictionem, Jer. 30, 9. Ez. 34, 23. 24. juxtim cum Deo colere & glorificare, tenentur, ſed tamen, ut Servum & Legatum Dei, Dominumque factum. Conf. Phil. 2, 9. 10. 11. Act. 2, 36. Nulla ergo vel hîc vel alibi, naturæ aut divinitatis unitas, nulla perſonarum æqualitas cernitur, aut à Petavio oſtenditur, oſtendique poteſt: ſed fruſtrà prorſus ſunt, qui id vel moliti ſunt, vel adhuc moliuntur; prout apparet. Pergo itaque ad Juſtinum Martyrem.

Solus Pater ſummus Deus, ſecundum primorum ſeculorum Chriſtianos.

V. De hoc verò Juſtino, & ſequentibus omnibus aliis, nunc minor eſt difficultas, poſtquam Petavius ipſemet de illis omnibus ingenuè fatetur, & prolixè monſtrat, ipſos omnes & ſingulos Patrem ævo, dignitate ac potentiâ, ſuperiorem eſſe Verbo ſtatuiſſe ac credidiſſe. Ut tamen, quæ ſingulorum fuerit ſententia, Orbi Chriſtiano rectius nunc patere poſſit, ordine eos, prout præcedentes quatuor, luſtrabimus. Ubi hoc priùs adhuc annotaverimus; ex Juſtini libris multò certiùs conſtare, duarum in Chriſto naturarum ſententiam in Eccleſia tum temporis primùm fuiſſe receptam; quàm ex Ignatii Epiſtolis, quod Petavius volebat. Nam primus omnium Juſtinus, verſus illos Orphéos:

Quintus Scriptorum Chriſtianorum, cum omnibus aliis ſequentibus, quemadmodum & cum præcedentibus, Patrem ævo, dignitate & potentia, Filio ſuperiorem facit.

Vocem juro Patris, primùm quam prodidit ore,
Conſilio ipſe ſuo mundum cum conderet omnem:

Quos ſcilicet ſuperiùs quoque allegavimus & excuſſimus, citavit, & ad eos, ceu divinum aliquod fundamentum, ſententiam ſuam de Chriſto, cum omnibus erè ſucceſſoribus ſuis, accommodavit & conformavit. Et fatetur id Petavius l. 1. de Trin. c. 5. §. 13. ubi antiquam conſtituendæ Verbi generationis paulò ante mundum conditum, præbuiſſe ait hos à Juſtino citatos & expoſitos Orphei verſus; expoſitionemque hanc Juſtini, imitatos eſſe eorum aliquos, quos in medium adduxerit, Athenagoram ſcilicet, Tatianum, Theophilum, Tertullianum, Lactantium, &c. aſſerit. Deinde, & ex eo id patere poteſt, quod indè à tempore Juſtini, & cum ipſo ſimul, cœperit primùm variè agitari quæ-

Solus Pater summus Deus, secundum primorem seculorum Christianos.

quæstio, de modo generationis Verbi, utrum nimirum per abscissionem ab essentia Patris, an verò per simplicem essentiæ communicationem, (qualem esse dicebant, inter ignem, ignem alium sine sui jactura & diminutione ulla producentem, & inter ipsum productum ignem,) facta fuerit? quemodmodum tum in ipso Justino, tum in Tatiano, aliisque, quæstionis ejus non parum reperitur. Tertiò, antiquissimus Scriptor apud Eusebium lib. 5. hist. Eccl. c. 28. id quoque docet, dum Artemonitarum sententiam refutaturus, simulque sententiam eam non indè ab Apostolis in Ecclesia durasse, quemadmodum illi quidem volebant & docebant, ostensurus, nullum prorsus Justino antiquiorem in Ecclesia Doctorem citat, citareque potest, qui Christum Deum & hominem dixisset; sed sententiæ hujus professionem à Justino tantùm inchoat. Non mirum itaque est, hos, quos nunc videbimus, Ecclesiæ Doctores, Trinitatem aliquam, prout ostenderetur, nunc construere cœpisse, & à prædecessorum suorum simplicitate degenerasse: Qui tamen nec quidem, summam illam Dei Patris Majestatem, & præ Filio prærogativam profiteri destitêre, sed illibatam adhuc ei reliquere. Quod adeò certum est, ut ipsimet quoque Pontificii (Bellarminus puta, Petavius, & alii,) vel ob hanc tantum causam, Expositionem fidei, Justino Martyri alioquin tributam, Justini esse credi nolint, *Quod in libro hoc multò apertius & distinctius disseratur de Mysteriis Trinitatis, quam Scriptores ejus seculi facere soleant.* Quæ ultima verba Bellarmini sunt, ex libro de Script. Eccl. ubi de Iustino agit. Petavius autem lib. de Trin. c. 3. §. 3. eadem confirmaturus, ita subjungit: *Quod profectò verum est. Nam & de essentiæ, sive ουσιας unitate, & de hypostaseon Trinitate, & de Filii generatione, processione verò S. Spiritus, ea diserte ac subtiliter disputat, quæ neque ab antiquis cæteris ante Nicænum Concilium, usurpata esse constat: neque nisi patefacto, illustratoque post Arianam procellam, dogmate isto, scribi potuerunt.* &c. Additque mox sequentia: *Quare nemo doctus & prudens librum istum, qui alioquin elegans est & eruditus, Iustino tribuendum existimet.* Imò nonnullis interjectis, idem Petavius, ob eandem quoque rationem, & Dionysio

sio Areopagitæ tributum librum, tanquam spurium suppositititium, rejiciendum esse docet: *Cæterum*, quiens, *quod ex Veterum silentio, & nimis enucleatâ gmatis explicatione, præjudicium de falsa Iustini inriptione, operi illi præfixâ, facit Bellarminus; non aniadvertit itidem & de Areopagitâ Dionysio posse fieri; jus nec antiquiorum mentionem facit quispiam primis inque, eòque amplius seculis: & de Trinitatis Incartionisque mysteriis multò quàm ἔκθεσις illa Iustini dirtiùs, expressiùsque loquitur.* Sed ad Justinum redeo, jus, quemadmodum & successorum ejus sententiam, eò minùs de ea dubitari possit, vel ipsis Petavii vers, proferemus, ea tantum addentes nonnunquam, æ ille prætermisit, ad rem tamen, non minùs, quàm ia, faciunt.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

V. De *Iustino* igitur, qui circa annum Christi 150. it, ita habet Petavius: lib. 1. de Trin. c. 3. §. 2. Junus, inquit, Martyr, unus ex antiquissimis, qui quim extra controversiam sunt, & ipse Philosophus, mirem Patre Filium posuit, non solùm, quatenus hoinem se fecit, sed etiam divinitate, & antequam hunâ se carne vestiret. Prorsus enim, quod ex Judæis Platone Arianos expressisse Gregorius Nyssænus eritur, *Deum Patrem constituit* ὑπεράνωθέν τινα κτίν καὶ ποιητὴν ὑποβεβηκότος Θεοῦ, *supremum conditoem ac Dei inferioris opificem, & subjecti.* In Dialogo m Tryphone, Dei Filium & Verbum asserit, ante ceptam hominis naturam sæpè Patriarchis apparuisse. m quoties in Scriptura legitur, Angelum Dei cum brahamo, Mose, ac reliquis esse locutum, ait ipsum elligi Filium Dei à Patre missum, & ejus ministrum, *uod iste, qui à Patriarchis est conspectus, Deus & ngelus & Dominus appellatur; ut vel ex his intelligas, ipsum universorum Parenti ministrasse.* Et paulò st, Angelum, qui Mosi dixit; Ego sum Deus Abran, & Deus Isaac, & Deus Jacob, negat fuisse Conorem omnium Patrem, sed Filium Patris adminium, *sed quem vobis demonstravimus Abraamo visum e, & Iacob, qui Conditoris universorum voluntati mistravit.* Hujus rei causam reddit ejusmodi, quæ sentiam illius evidentiorem facit. Nam idcircò Filium, Verbum, Patribus sui videndi fecisse copiam ait,

Quintus Scriptorum Christianorum, manifestiùs adhuc, quàm præcedentes quatuor, Patrem Filio majorem facit.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

quod universorum Pater & Conditor *neque superiora cœlo spatia relinquere possit; nec in exiguæ terræ parte conspici.* Ac post multa subindè producta testimonia Scripturæ, in quibus Veteribus apparuisse, collocutusque esse dicitur; per illa ipsa demonstratum ait esse, Filium Dei significari, *qui sit Patri ac Domino subjectus ejusque voluntati serviat.* Mox cum in iisdem sacris libris legitur, ascendisse Dominus ab Abrahamo, vel locutus Moysi: vel descendisse, ut videret turrim, vel clausisse Deus arcam Noë deforis: *Cavete putetis*, inquit, *vel ipsum ingenitum Deum descendisse alicunde, vel ascendisse. Etenim ineffabilis Pater ac Dominus omnium neque profectus est aliquò, neque ambulat, neque dormit, neque surgit, sed in suo ubicunque demùm manet loco acutè intuens, & audiens, non oculis, nec auribus, sed vi quadam inexplicabili, & omnia prospicit, & cognoscit omnia, nec eum latere potest quispiam nostrum; nec movetur, cum loco nullo, ac ne mundo quidem ipso contineri possit; quippe qui, antequam mundus esset, extiterit. Quomodo igitur vel alicui ille loqueretur, vel conspiceretur ab aliquo, vel in exiguâ terræ particulâ cerneretur, cum ne ejus quidem, qui ab illo missus esset, gloriam intueri populus in Sina potuerit; nec vel ipse Moses in Tabernaculum, quod fecerat, ingredi, nisi communicatâ illum à Deo gloriâ compleviſſet?* Ac paucis interjectis ita concludit: *Igitur nec Abraam, nec Isaac, nec Iacob nec alius mortalium quisquam, vidit Patrem, & ineffabilem Dominum omnium simpliciter, adeòque ipsius metu Christi; sed illum, qui de ipsius voluntate Deus est, ejus Filius & Angelus, ex eo, quod illius voluntatis administer sit, quem & hominem nasci per Virginem voluit, qui & ignis aliquando in illo de rubo cum Mose colloquutus factus est.* Addit præterea, nisi eo modo Scripturas explicemus, consequens fore, cum in iis legimus, pluisse Dominum à Domino de cœlo ignem & sulphur, & id genus alia, Patrem ipsum universorum ac Dominum, aliquando in cœlo non fuisse. Quæ omnia demonstrant, Justinum inferioris cujusdam conditionis esse putasse Filium, etiam antequam homo fieret; ac minorem esse Deum, qui nec ubique esset, & spatio circumscriberetur aliquo, & paternæ voluntati serviret. *Hucusque Petavius.*

Sed

Sed majus adhuc operæ pretium facturus fuisset Peta- *Solus Pater*
s, si locum illum, ubi Justinus Christum, quem *summus*
gelum fuisse dicit, Mosæ apparentem, Universitatis *Deus, se-*
nditorem fuisse, diserte & rotundè negat, integrum *cundum*
lcripsisset. Nam vel unus hicce locus, (quanquam *primorum*
alius, huic prorsus similis, reperiatur in Apol. II. mi- *seculorum*
p. 96.) quid antiquiores de Christô, etiamsi ante *Christianos.*
ndum conditum, prout dicebant, genitô, sense-
t, satis superque declarare posset. Ita igitur in eo lo-
Justinus Tryphoni respondens, ait, mihi pag. 283.
m (mox) inquit, *Conditor Vniversitatis hujus Deus*
t, *qui Mosæ dixit, se Deum esse Abraæ, & Deum*
aci, *& Deum Iacobi, quique Factoris rerum omnium*
luntati administret, *& in judicio Sodomorum, consi-*
& voluntati ejus itidem administraverit: adeò, ut
mo, cui vel minimum mentis sit, Auctorem & Paren- NB.
m Vniversi supercœlestia omnia reliquisse, & in pusilla
rræ parte sese exhibuisse, dicere sit ausurus. Scilicet, NB.
eò vetustiores illi detrectabant, Christum summum
cere Deum, ut eum etiam, qui id sensurus fuisset, si-
sensu & mente esse crederent. Planè ad eum mo-
m, quo Ignatium jam suo tempore eos, qui Chri-
m, Deum super omnia dicebant, ministros Satanæ
pellasse, suprà vidimus. Describamus verò & alium
huc locum, priorem illum proximè sequentem, in
o Justinus, postquam Christum Verbum, Admini-
um esse Deo supermundano, supra quem alius non
Deus, dixisset, Christi generationem, qualiter sci-
et eam tunc conceperant Christiani, ita describit:
imitùs, inquit, *ante omnes creaturas Deus genuit ex*
virtutem quandam rationalem, quæ quidem & gloria
mini à Spiritu S. vocatur, nonnunquam autem Filius,
quando Sapientia, quandoque Angelus, interdum De-
, aliquando Dominus & Verbum: fuit, quando Ar-
iducem seipsum dixit, in hominis formâ, Iosuæ Navæ
o apparens. His enim nominibus omnibus appellari ha-
t, cùm ex paterni consilii & voluntatis administra-
ne, tùm ex voluntaria Patris generatione. Qualem
nerationem in nobis quoque quodam videmus fieri mo-
. Verbum enim aliquod proferentes, verbum gignimus;
n per resectionem, ita ut, quod in nobis proferentibus
, imminuatur verbum. Et quomodo in igne videmus

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

fieri, non decrescente illo, unde facta est alterius accensio, sed in eodem statu permanente: quippe qui ex ipso incenditur, & ipse apparet, non imminuens illum, unde est succensus. Et p. 358. similiter ita scribit: *Virtutem istam, quam sermo Propheticus Deum vocat, numerò quoque aliud quiddam esse, ratione exquisitâ suprà paucis explicui: Virtutem hanc dicens de Patre genitam, virtute & consilio voluntateque ipsius: non per recisionem, veluti ab essentia Patris dispertitam, prout alia omnia divisa & secta non eadem sunt, quæ antè fuerunt, quàm scinderentur. Atque v. g. ea sumpsi, quæ ab igne accensa, ignem alium cernimus, illo nihil diminuto, sed in eodem statu manente, undè multi accendi possunt ignes. Et nunc quoque ad hoc ostendendum, quæ anteà retuli verba, repetam. Quando dicit: Pluit Dominus ignem à Domino de cœlo: duos Propheticum verbum numerò esse indicat: alterum in terris, quem descendisse significat ad clamorem Sodomorum inspiciendum: alterum in cœlis qui etiam Dominus in Terra apparentis Domini, tanquam Pater & Deus, atque idem Auctor eidem est, ut sit, atque equidem præpotens & Dominus & Deus ut sit.* Et post pauca, (producto Sapientiæ loco: Dominus creavit me principium viarum suarum, ad opera ejus. Ante seculum fundavit me, in principio, antequam terram faceret. &c.) *Intelligitis*, inquit idem Justinus, *siquidem animum advertitis, Verbum declarare, tùm à Patre editum esse germen hoc ante Creaturas omninò universas, tùm germen ipsum numerò aliud esse à generante. Id unusquisque confitebitur.* Quibus ex locis tùm illud apparet quod paulò antè diximus; tùm satis nunc quoque cognoscitur, quomodo Justinus subinde ad Orphéos illos versus, de Verbo, paulò ante mundum conditum genitô, agentes, suprâque allegatos, respexerit, Christumque adeò Patri minimè coæternum, neque (quod Petavius in Theophilo, tanquam consequens doctrinæ Theophili & Justini, addit,) ὁμοούσιον statuerit. Sed ut fidem tandem omnem exsolvamus, duo adhuc loca producemus ex Justini Apologia secunda, è quibus pateat, quod in Polycarpo dixi, Justinum scilicet cum Christianis aliis, cum Patre quidem Filium & Spiritum S. glorificasse, non tamen mox, quemadmodum Petavius volebat, exindè constare, eos Filium aut Spiritum San-

anctum Patri æquales esse statuisse. Prior locus mihi 56. ita habet : *Patrem, & qui ab eo venit, atque ita nos docuit, Filium, & Spiritum Propheticum, colimus & adoramus; cum ratione & veritate venerantes, atque unicuique discere atque nosse volenti, pro eo atque edocti sumus, candidè hæc tradentes.* Alter verò locus, mihi p. 60. priorem quasi explicans, ita habet : *Iesum Christum, quem ipsius veri & singularis Dei Filium esse edocti sumus, secundò loco, ac Spiritum Prophetium tertio ordine, nos cum ratione venerari & colere demonstrabimus. In hoc enim insaniam nobis objiciunt, secundas nos post incommutabilem ac sempiternum Deum & Parentem omnium, homini crucifixo deferre, dicentes; Mysterium autem & arcanum hujus rei ignorantes.* Tantum verò de Justino Martyre : in quo, ceu alio- um capite, paulò prolixiores nos esse oportuit, ut reliquorum sententia, quæ aliquando obscurior est, eò manifestior evadat, & quid hic vel ille indicare voluerit, mox pateat : imò etiamsi non singuli sese æqualiter in omnibus explicent, ex uno tamen omnes, quid enserint, quidve crediderint, cognoscatur.

Origo mutata Apostaticæ de Christo doctrinæ.

VI. *Athenagoras* (prout Petavius lib. 1. de Trin. 3. §. 4. loquitur,) Philosophus Athenienſis, æqualis ferè Justini fuit. Scripsit enim Apologiam pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum, & L. Aurelium Commodum Imperatores. In quâ Christianorum de Sanctissima Trinitate, hoc est Patre, Filio, & Spiritu Sancto, professionem exposuit, ac, quid Filius esset, & quâ ratione gigni à Patre diceretur, obscurè significavit. Fatetur quod Athei passim Christiani nominabantur, non esse tales, ostendit ex eo, quod unum Deum venerentur; *Ingenitum & æternum, nec aspectabilem, tangendi expertem, qui neque comprehendi, neque capi ab ullo possit, cum sola mente ac ratione comprehendatur, qui luce ac pulchritudine, & spiritu, ac potentia circumfusus sit inexplicabili : A quo universitas est facta per verbum ipsius, eademque digesta est, & continetur.* Mox Deum hunc habere Filium asserit, qui sit *Verbum ipsius in ideâ & efficientiâ. Nam ab ipso, & per ipsum omnia facta sunt, cum sit unum Pater & Filius : ac Filius in Patre, & Pater in Filio sit, unione & potentia spiritus, Mens & Verbum Dei, Filius est Dei.* Quanam

Sextus Scriptorum Christianorum, convenienter præcedentibus, Patrem Filio majorem & antiquiorem facit.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

porrò ratione Filius appelletur, his verbis explica*Primigeniam esse Patris progeniem, non quasi factum* (*à principio quippe Deus, qui est æterna mens, habeb*in se ipso Logon, ideſt, rationem, cum æternùm sit rat*nalis,*) *sed ita, ut cum materia concreta omnia infe*misque natura, atque Terra instar vehiculi subjicia*tur, in iisque crassiora levioribus admista sint, ad ho*ut idea & actus illorum esset, prodierit. Hæc Athen goras. Quæ sanè haud satis disertè Filii naturam & pr ductionem explicant. Ac videtur putasse, ratione ipsam, hoc est, λόγον, quo Pater ipse λογικὸς es quam velut formam in illius essentia cogitamus, lium esse Dei. Quemadmodum nonnulli sapientia ipsam, quâ sapiens est Deus aut Pater, eundem esse lium arbitrati sunt, quod Augustinus refellit in se de Trinitate, ut postea docebimus. Hunc igitur insitu Patri, & apud eum ex æterno manentem λόγον pr diisse dicit aliquando; ut idea & actus esset infimaru rerum; hoc est, ut illas confusas & tumultuarias p poliret, ac digereret. Quem quidem progressum προφόλδσιν, si Filii & Verbi productionem esse credid rit; sic ut illa ipsâ processione distincta primum ὑπ στασις extiterit, cum anteà in Patris essentia continer tur, (quæ videtur illius opinio fuisse,) neque coæte num Patri Verbum, ac λόγον existimavit, & à Sabe liano dogmate non multum illius abhorrebit oratio *Hucusque Petavius.* A quo & ea addi voluissem, qu Athenagoras, ultimorum suorum, hîc à Petavio cit torum, paulòque obscuriorum verborum, rationer redditurus, explicationemque quasi additurus, pro nus subjungit. Nam cum innuisset Athenagoras, F lium eò ex Patre prodiisse tandem, (postquam scilic Pater ab æterno solus fuisset,) ut informem naturam & quæ confusa adhuc essent, digereret quasi, & perf ceret, protinus hæc addit: *Orationi nostræ prophetic etiam Spiritus assentitur. Dominus enim, inquit, cre vit me initium processionis ejus ad opera sua.* Hæc scili cet, multò clariùs nunc docent, quid senserit Athen goras, & quod eodem modo locum Prov. 8. de Filio ad opera Patris creato, intellexerit, quo eum vel Ju stinus intelligebat, vel sequentes etiam Christiani in tellexêre. Sed jam, quæ de Theophilo proferat Peta vius, audiamus.

VII. Vivit

VII. Vixit (inquit Petavius) iisdem ferè temporibus (scilicet tempore Tatiani, anno Christi 170.) Theophilus *Antiochenus Episcopus*, qui Christianæ legi obtrectatores libris tribus confutavit, quos Autolyco scripsit. Horum in secundo de Verbi generatione disputat, minimè ut æternam eam faciat, sed temerariam. Etenim Deum asserit λόγον suum, *Quem primum in visceribus suis haberet, genuisse cum Sapientia sua, eructantem ante omnia. Quod quidem Verbum rerum suorum administrum adhibuit, ac per ipsum universa molitus est. Hoc appellatur principium, quoniam principatum ac dominatum habet in omnia quæ per ipsum facta sunt. Hoc igitur cum sit Spiritus Dei, & principium & sapientia, & virtus Altissimi, labebatur in Prophetas*, &c. λόγον ἐνδιάθετον, hoc est, intimum incluſum in Dei viſceribus fuiſſe dicit, antequam gigneretur. Nondum ergò Filius dicebatur, ſed idem erat ac Pater, nempe ipſa mens ejus & ſapientia. Quam tum demùm protulit, & quodammodò profudit, cum procreandæ rerum univerſitatis conſilium cepit. Quod ſequentibus planiùs exponit. Nam cum ſcripſiſſet, eum in Paradiſo inambulaſſe; quæſivit, quanam ratione Deus ambulare dicatur, qui loco nullo coerceri poteſt. Cui ſic reſpondet: *Deum quidem ipſum ac Patrem universorum comprehendi loco non posse, nec in eo comprehendi. Sed Verbum ipsius, per quod omnia molitus est, quæ est Virtus ipsius, & Sapientia, Personam in se Patris & omnium Domini suscipiens, in Paradisum venit, ipse persona Dei, & cum Adamo collocutum est.* Quod tum eodem capite ſecundo Geneſeos legitur, Adamum vocem audiviſſe inambulantis Dei, id eſſe λόγον ipſum, qui ſit Dei Filius. Tum quomodo λόγος idem Patre productus ſit, ut ejus eſſet Filius, enarrare perſtat. *Antequam ulla res*, inquit, *existeret, consiliarium habebat istum, qui est mens ipsius & sapientia. Cum autem efficere voluit Deus, quæcunque deliberaverat, tunc λόγον genuit prolatitium, primogenitum omnis Creaturæ: non ut Verbo vacuus ipse fieret, sed ut Verbum gigneret, & cum Verbo suo perpetuò versaretur. Hæc nos docent Sacræ literæ, & omnes S. Spiritu afflati, quorum de numero est Iohannes, ad hunc modum disserens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud*

Septimus scriptorum Christianorum Patrem Filio majorem & antiquiorem cum præcedentibus facit.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

Deum. Significans, *in principio solum fuisse Deum & ipso Verbum. Postea dicit: & Deus erat Verbum.* Omnia *per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Verbum itaque cum sit Deus, & ortum habeat ex Deo quandocunq; vult Pater universorum, mittit ipsum quemlibet ad locum, eòque veniens auditur, ac videtur ab illo missum, & in loco reperitur*, &c. Igitur præter ἐνδιάθετον λόγον, quæ est ipsa mens Patris & essentia, λόγος est alter, & unicus à Patre genitus; quem neque coæternum, neque ὁμοούσιον, sed minorem, putavit Theophilus, velut ὑπηρέτην & ministrum, qui id habet, ut sensibus, quando ita Pater voluerit, subjiciat sese, ac loco contineatur: Quod quidem summus ille Deus ac Pater non potest. Hinc illa Joannis, In principio erat Verbum, sic interpretatur, ut hæc, & Verbum erat apud Deum, de ἐνδιαθέτῳ λόγῳ: hæc autem, & Deus erat Verbum, de προφορικῷ & genito, quo administro usus est Pater. Quæ ut absurda, ita Justini, Athenagoræ, ac Tatiani, doctrinæ consentanea sunt, & ex Platonico dogmate deprompta. Eodem pertinet, quod τριάδα, Trinitatem, longè aliter explicat, quàm Christiana fert professio. Siquidem tres illos dies, qui in mundi ortu Solis ac Lunæ procreationem anteceserunt, figuram ait extitisse τῆς τριάδος, nempe, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ, Dei & Verbi ipsius, & ipsius Sapientiæ. Ibi mentio nulla Spiritus, quem cum λόγῳ, confudisse videtur. Eundem quippe λόγον & πνεῦμα τοῦ Θεοῦ & verò σοφίαν appellasse, superius ostendimus. *Hæc Petavius.* Cujus primæ ex Theophilo citationi, & ad verba: *labebatur in Prophetas*; adjecta velim sequentia ejusdem Theophili: *per quos, ceu organa, de mundi creatione, nec non de reliquis locutus est. Non enim erant Prophetæ cum Mundus crearetur: sed Sapientia Dei, quæ in ipso est, Sermoque ejus sanctus, semper præsto erat. Quapropter per Salomonem Prophetam sic fatur: Cum ipse præpararet cœlos, aderam: & cum firmaret terræ fundamenta, aderam: simul cum eo disponens & ordinans.* Nam ita rectiùs consensus inter Justinum, Athenagoramque, & hunc nostrum Theophilum, in hoc dogmate, Scripturarumque explicatione, cernitur.

Octavus

VIII. *Tatianus* circa annum Christi 170 vixit, & Justini

lini Martyris discipulus fuit. Hujus (ut iterum Petavius loco citato §. 5. loquitur,) contra Græcos extat liber: in quo de Patre ac Filio, & hujus productione, in hunc modum disputat. *Deus*, inquit, *erat in principio. principium autem rationis esse potentiam accepimus. etenim Dominus omnium, cum ipse totius esset universi substantia, quatenus nulla adhuc erat facta creatura, solus extabat; quatenus verò tota vis & potentia, ac tam eorum, quæ videri possunt, quam quæ videri nequeunt, substantia erat ipse, cum eo erant omnia. Nam cum ipso per rationalem vim λόγῳ ipse, qui in illo erat, produxit. Voluntate porrò simplicitatis ipsius, λόγῳ erupit: qui quidem non in vacuum emanans, primigenium opus Patris fuit.* Igitur Tatianus videtur existimasse, Verbum à Patre productum ex æterno, non actu, & in seipso, sed tantummodò in λογικῇ δυνάμει ac potestate fuisse: quemadmodum in eâdem erant & creata deinceps omnia. Porrò, quatenus in illa δυνάμει continebantur tàm Verbum, quàm quæ à Verbo deinde procreata sunt, cum summo ac principe Deo simul extitisse. Non igitur συναΐδιον, coæternum Patri putavit Filium, ac Verbum, sed creatum, ac voluntate, sic tanquam ab Opifice productum. Unde ἔργον appellatur. *Huensque Petavius.* Cujus ex Tatiano citationi, utiliter adjungi possent sequentia ejusdem Tatiani verba: *Hæc scimus esse principium mundi: Natum est autem per divisionem, non avulsionem. Quod enim avellitur, à primo separatur: quod verò dividitur, id functione donatum propriâ, nihil imminuit illum, à quo vim suam sumpsit. Quemadmodum enim ab una face aliæ multæ accenduntur, nec tamen primæ facis lux minuitur, propter plures inde succensas: sic etiam verbum è Patris potentia progressum, non reliquit Genitorem Verbi expertem. Nam & ego si loquor, & vos audiatis, non tamen propter transitum sermonis, ego, qui vobiscum loquor, sermone vacuus fio: sed vocem meam proferens incultam in vobis materiam excolere mihi propono. Et quemadmodum Verbum in principio genitum, mundum & nos vicissim genuit, cum sibimet materiam produxisset: sic ego quoque ad imitationem Verbi regenitus, & veritatis illustratus cognitione, materiæ mihi cognatæ confusionem emendo. Haut etenim principii immunis est materia, & cum aliquando inceperit, parem Deo potentiam habere nequit: siquidem genita est, & non ab alio facta,*

Scriptorum Christianorum, juxtim cum præcedentibus, Patrem Filio majorem & antiquiorem facit.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

sed ab uno omnium architecto producta. Nam ex additis his Tatiani verbis, tum communis ejus cum Justino de Verbi generatione sententia cognosci potest, tum illud quoque, quod, dum antiquiores quippiam ab altero genitum esse dixêre, (quemadmodum hîc quidem Tatianus materiam genitam esse ait,) illud ipsum propterea, simul principium habere, & incepisse aliquando, neque parem Deo potentiam habere posse, (quod hîc Tatianus de materia, eò quod genita sit, pronuntiat,) crediderint.

Nonus Scriptorum Christianorum, convenienter præcedentibus, Patrem Filio majorem facit.

IX. *Irenæus*, qui circa annum Christi 180. vixit, non obscurè cum Justino & Theophilo facit, ut qui eodem sermonis genere utatur, Patrem invisibilem & incomprehensibilem, filium autem visibilem & comprehensibilem faciens. lib. 3. c. 11. & lib. 4. c. 37. Nam in priori loco ita loquitur Irenæus: *Accipiens autem Dominus, qui à terra essent panes, & gratias agens, & iterum aquam faciens vinum, saturavit eos, qui recumbebant, & potavit eos qui invitati erant ad nuptias: ostendens quoniam Deus, qui fecit terram, & jussit eam fructus facere, & constituit aquas, & edidit fontes, hic & benedictionem escæ, & gratiam potus in novissimis temporibus per Filium suum donat humano generi, incomprehensibilis per comprehensibilem, & invisibilis per visibilem, cum extra eum non sit, sed in sinu Patris existat. Deum enim inquit nemo vidit unquam nisi ingenitus Filius Dei, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Patrem enim invisibilem existentem, ille qui in sinu ejus est Filius, omnibus enarrat.* Et mox: *Hæc*, inquit, *sunt principia Euangelii, unum Deum fabricatorem hujus universitatis eum, qui per Prophetas sit annunciatus, & qui per Moysen legis dispositiones fecerit, Patrem Domini nostri Iesu Christi annunciantia, & præter hunc, alterum Deum nescientia, neque alterum Patrem.* In quibus verbis Irenæus Filium non tantum visibilem & comprehensibilem facit, sed & ab uno illo Deo, qui invisibilis & incomprehensibilis sit, excludit. Posterior Irenæi locus ita habet: *Manifestum est, quoniam Pater quidem invisibilis, de quo & Dominus dixit: Deum nemo vidit unquam. Verbum autem ejus, quemadmodum volebat ipse, & ad utilitatem videntium, claritatem monstrabat Patris, & dispositiones exponebat. Quemadmodum & Dominus dixit, Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Hic enim

nim Irenæus, cum Justino & aliis, quos vidimus, Christianis, non vult, neque concedit, Patrem universorum hominibus unquam apparuisse, sed Filium tantum. Quem etiam, tanquam à Patre potestatem ad aliquid faciendum accipientem, Patrisque in summis operibus velut ministrum, introducit. Nam lib. 3. c. 6. *In eversione*, inquit, *Sodomitarum Scriptura ait: Et pluit Dominus super Sodomam & Gomorram ignem & sulphur à Domino de cœlo. Filium enim hîc significat, qui & Abrahæ collocutus sit, & à Patre accepisse potestatem ad judicandum Sodomitas, propter iniquitatem eorum.* Et lib. 4. c. 17. *Propter hoc*, inquit, *Judæi excesserunt à Deo, Verbum Dei non recipientes, sed putantes, per seipsum Patrem sine Verbo, id est, sine Filio, posse cognoscere Deum, nescientes eum, qui in figura locutus est humana ad Abraham & Aaron, & ad Moysen, dicentem: Videns vidi vexationem populi mei in Ægypto, & descendi liberare eos. Hic enim Filius, qui & Verbum Dei, ab initio præstruebat, non indigente Patre Angelis, uti faceret conditionem & formaret hominem, propter quem & conditio fiebat, neque rursus indigente ministerio ad fabricationem eorum negotiorum, quæ secundum hominem erant, sed habente copiosum & inenarrabile ministerium. Ministrat enim ei ad omnia sua progenies, & figuratio sua, id est, Filius & Spiritus Sanctus, Verbum & Sapientia, quibus serviunt & subjecti sunt omnes Angeli.*

Solus Pater summus Deus, secundum primorum sæculorum Christianos.

Sed quoniam Petavius quoque, Irenæum cum aliis, ab hodierna Catholicorum sententia aberrasse ostensurus, ultimum hunc locum ex eo citat, eique mox insignem alium, in quo Filius Patri subjectus esse docetur, adjungit, ejus etiam verba hîc adscribamus, ex lib. 1. de Trin. c. 3. §. 7. Irenæus, inquit Petavius, lib. 4. c. 17. Deum Patrem negat opus habere Angelorum ministerio, ad ea quæ vult, efficienda. *Ministrat enim ei ad omnia sua progenies & figuratio sua, id est, Filius & Spiritus Sanctus, Verbum & Sapientia, quibus serviunt & subjecti sunt omnes Angeli.* In his verbis ὑπουργίαν & ministri functionem Dei Filio tribuit. Quam & tertio in libro, cap. 8. significat. Nam cum illa tricesimi tertii Psalmi verba retulisset, Quoniam ipse præcepit & creata sunt, ipse dixit & facta sunt: Mox addit: *Cui ergo præcepit? Verbo scilicet; per quod, inquit, cœli firmati sunt.* Tum Spiritum Sanctum, Sapientiam nomi-

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

nominare videtur, quemadmodum proximè citato loco Theophilus. Sed comitèr ministri vox interpretanda est. Alioqui cum Origenes Spiritum S. ministrum dixisset, Hieronymus Apologetico primo contra Rufinum hæreticum id esse scribit. *Hæc Petavius.* Sed ô inanem metum, qui tantùm hominum est! Annon vel Christus toties in Scripturis Minister & Servus Dei dicitur? An ergò & hæ Scripturæ quoq; propterea hæreticæ sunt? Ita scilicet homines, dum suis inventis diffidunt & metuunt, cœlum quasi cum illis mox ruiturum metuunt: & vel Deum etiam in Scripturis aliter locutum fuisse, vellent! Cæterùm, quid tàm anxius est Petavius, de tam benignè explicando Irenæo? cui tamen eundem expressè inter errantes, Patremque situvo, dignitate, ac potentiâ superiorem esse Verbo stituentes, habeat & numeret? Nam etiamsi quoque Petavius clarissimum illum Irenæi locum ex lib. 2. c. 48. & 49. ubi is Christo simpliciter & absolutè scientiam ultimi diei, Scripturâ præeunte, abrogat, Patremque propterea filio etiam majorem facit, ambiguum esse putat, lib. 2. de Trin. c. 3. §. 9. ut nesciatur, inscitiam illius diei Christo saltem quâ homo est, ab Irenæo tribui, an non? tandem tamen concedens, posse eum locum ad utramque sententiam deflecti: non tamen is locus tam obscurus est, ut non à quovis mox intelligi possit, qui modo præjudiciis non laboret. Nam c. 48. ubi de inenarrabili Filii prolatione agitur, ita loquitur Irenæus: *Quandoquidem & Dominus, ipse Filius Dei, ipsum judicii diem & horam concessit scire solum Patrem, manifestè dicens, de die autem illa & hora nemo scit, neque Filius, nisi Pater solus. Si igitur scientiam diei illius Filius non erubuit referre ad Patrem, sed dixit quæ verum est, neque nos erubescimus, quæ sunt in quæstionibus majora secundum nos, reservare Deo, nemo enim supra magistrum est.* Et cap. seq. 49. se clariùs adhuc explicat Irenæus: *Etenim*, inquit, *si quis exquirat causam, propter quam in omnibus Pater communicans Filio solus scire & horam & diem Domino manifestatus est, neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec sine periculo alteram, quam hanc inveniat in præsenti, quoniam* NB. *cum solus verax Magister est Dominus, ut discamus per ipsum, super omnia esse Patrem. Etenim Pater, ait, major me est, & secundum agnitionem itaque præpositus esse Pa-*

ter

annuunciatus est à Domino nostro, ad hoc, ut & nos, quantum in figura hujus mundi sumus, perfectam scien-m, & tales quæstiones concedamus Deo. &c. Quid, eso, in his verbis est difficultatis? Hîc enim Irenæus expressè verum esse ait, quod Dominus dixerit, so-n Patrem, excepto quoque Filio, cui alioquin in nibus communicet Pater, diem & horam judicii e. 2. Propterea ita Dominum locutum esse ait, nos per ipsum disceremus, super omnia esse Patrem, deoque & super Filium:) prout ipsemet Filius alibi, rem se quoque majorem esse professus sit. 3. Quan-quidem ergò & Filio major sit Pater, hunc conse-enter, secundum agnitionem quoque Filio esse præ-situm asserit; atque ita 4. annunciatum esse à Do-no Patrem ait, ut & nos perfectam scientiam Deo ncedamus. Nullus ergò hîc amplius tergiversationi cus. Undè rectè tandem Petavius, prout dictum est, ncessit, posse hunc locum & ad divinam naturam de-cti. Quid? quod Petavius lib. 2. de Trin. c, 9. §. 10. ertè fateatur, tum Veteres hanc Majestatis indicem pellationem, *Deus super omnia*, ad solum plerum-e Patrem significandum, ejusque personam ac pro-etatem, accommodasse, adeò, ut Ignatius etiam istola 4. & 5. hæreticos illos dixerit, qui filium eo mine appellarint; tum Irenæum quoque Patrem c appellatione à Filio distinxisse? lib. 3. c. 8. Quo so sanè, Irenæi sententia magis magisque patescit. Et inimè fallitur Petavius: etiamsi *super omnes esse Deum*, rto respectu, & post Patrem, de Christo etiam dici deatur. Rom. 9. Quod enim ad Ignatii verba attinet, jam suprà & annotavimus & vidimus. Irenæus verò in tato quoque à Petavio loco, ita hac appellatione Pa-em à Filio distinguit, ut simul ei imperium in Filium arissimè tribuat, adeòque & hîc multò majorem Ver-o Patrem faciat. Ait enim: *Quoniam sive Angeli, sive roni, sive Dominationes, ab eo, qui super omnes est eus, & constituta sunt & facta per Verbum ejus, Iohan-es quidem sic significavit. Cùm enim dixisset de Verbo Dei, oniam erat in Patre, adjecit, omnia per eum facta sunt, sine eo factum est nihil.* His verbis mox subjicit verba avidis, paulò antè à Petavio quoque citata: Quo-niam ipse præcepit, & creata sunt, ipse dixit, & facta sunt:

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

sunt : & quærit, *cui præcepit?* respondetque ; *Verbo scilicet, per quod cœli firmati sunt*; ita, ut Irenæo Verbum quidem *ex Patris præcepto* & præscripto omnia creasse innuat, mox verò Deum ipsum *liberè* omnia fecisse, ex eodem Davide probet, dicente : Deus autem noster in cœlis sursum, & in terra omnia quæcunque voluit, fecit. Quasi diceret : Verbum quidem secundum mandatum Patris omnia fecisse, at Deum ipsum liberè, quidquid voluit. Quæ oppositio itidem Patrem Filio majorem dici innuit. Frustrà igitur nunc prorsus est Petavius, qui in præfat. in Tom. II. de Trin. c. 3. §. 2. Patris & Filii omni ex parte absolutam æqualitatem doceri ab Irenæo putat, ubi lib. 4. c. 8. ita loquitur : *Omnia enim mensurâ & ordine Deus facit, & nihil non mensum apud eum, quoniam nec incompositum. Et benè qui dixit, ipsum immensum Patrem in Filio mensuratum. Mensura enim Patris Filius, quoniam & capit eum.* Ecquis enim ex ipso textu non protinus videat, Irenæum non de quavis mensura hîc loqui, quâ Filius Patrem mensuret? quemadmodum Petavius quidem sine ullo fundamento colligit; sed vel de eâ mensurâ, de quâ modò egerat, scilicet quod Filius ea legis impleat, perficiat & capiat, quæ hactenus apud Patrem mensa & determinata fuerant: vel, si de aliâ etiam mensurâ, cognitionis scilicet, agit, eam in suo genere perfectam, non verò mox summam intelligit. Quemadmodum scilicet lib. 5. in initio ferè, *hominem perfectum Patrem capere* ait. Ita ut fluctus hîc in simpulo moverit Petavius : cum tamen eandem hîc nunc quoque prudentiam & cautionem in explicandâ hâc Irenæi sententiâ adhibere debuisset, quam in Tertulliano adhibuit, lib. 1. de Trin. cap. 5. §. 4. ubi hæc de eo pronunciat : At *idem* (Tertullianus) *nonnulla spargit interdum de hoc mysterio, quæ apprimè catholica videntur* : &c. *neque tamen* (addit) *hæc statim persuadere debent, Tertullianum eandem numerô substantiam ac perfectam divinitatem posuisse.* Quocirca certum adhuc ex antedictis & probatis manet, Irenæum juxtim cum Justino & sequentibus Christianis, Patrem Verbo statuisse superiorem, minimè verò æqualem.

Decimus

X. Ultimus in serie nostra, & qui seculum alterum claudit,

dit, tertiumque aperit, est *Tertullianus*, circa an- n Christi 203. De quo ita scribit Petavius: lib. 1. de in. c. 5. §. 1. Tertullianus inprimis de Filio Dei, ac bo, cum Justino paria profitetur: illum videlicet ò Patribus antiquis apparuisse, quod Pater à nullo sit videri; in cujus nomine & auctoritate ipse erat us, qui videbatur Dei Filius. Lib. 2. cont. Marc. c. *Nam & profitemur*, inquit, *Christum semper egisse Dei Patris nomine, ipsum ab initio conversatum, ipsum ressum cum Patriarchis, & Prophetis, Filium Crea- is, sermonem ejus, quem ex semetipso proferendo Filium it, & exinde omni dispositioni suæ, voluntatique præ- it, diminuens illum modicò citra Angelos, sicut apud scriptum est. Qua diminutione in hæc quoque dispo- i est à Patre, quæ ut humana reprehenditis, ediscens n indè à primordio; jam inde hominem, quod erat fu- rus in fine, ille est, qui descendit; ille, qui interrogat, qui postulat; ille qui jurat. Cæterùm Patrem nemini vi- , etiam commune testabitur Euangelium, dicente Chri- : Nemo cognovit Patrem nisi filius. Ipse enim & veteri stamento pronuntiârat, Deum nemo videbit & vivet; trem invisibilem determinans, in cujus auctoritate & mine ipse erat Deus, qui videbatur Dei Filius.* Hîc monem Dei factum esse Filium, ac rebus creatis om- bus esse præfectum asserit à Patre, qui sit invisibilis incongressibilis; qualem utique negat esse Filium. erùm in libro cont. Praxeam cap. 5. & seq. manife- is opinionem explicat suam, quæ etiam Arianam eresin impietate & absurditate superat. Hujus hæc summa: Rationem, qui sensus & λόγος dicitur, æterno penes Deum fuisse, qui rationalis indè sit ctus: nondum tamen sermonem edidisse; quod erbum dicitur, & ejus Filius, per quem universa con- dit. Hunc enim antequam produceret, *cum ipsa & ipsa ratione intra semetipsum habuisse, tacitè cogitan- & disponendo secum, quæ per sermonem mox erat di- rus*: adeò ut interior hic esset tantummodò sermo, ve Sophia, uti Prov. 8. nominatur. Sed nondum in ac per se subsistebat. Cùm autem creare Deus hunc undum voluit, tum ipsum sermonem Sophiamque rotulit, & animavit, eique substantiam dedit, & ipsum Filium suum fecit. Quocirca sub ipsum rerum exordium Verbum suum sive sermonem produxit ex se

Scriptorum Christianorum, cum præcedentibus, clarissimè Patrem Filio majorem, antiquiorem, & potentiorem facit.

Deus

Solus Pater summus Deus, secundum primorum Seculorum Christianos.

Deus, ac secundam Trinitatis personam, eundem Filium condidit; quem hactenus in sola dispositione ac cogitatione sua continebat. Quemadmodum enim creatæ res omnes in divina mente ex æterno constiterunt; ut in Dei sensu ac dispositione factæ jam essent, sed nondum in suis speciebus atque substantiis cognoscebantur, & tenebantur; quod tum fieri cœpit, cum illæ procreatæ sunt. Ita sermo divinus ac Sophia in Dei sensu ac dispositione, veluti præparatus ex omni æternitate, non prius substantiæ suæ proprietatem accepit quam hanc rerum universitatem creare Deus instituit. Hoc caput est Tertullianæ sententiæ, quam per partes illius verbis explicabimus. Nam cap. 5. *Ajunt quidem*, inquit, *& Genesin in Hebraico ita incipere: In principio Deus fecit sibi Filium. Hoc ut firmum non sit, alia me argumenta deducunt ab ipsa Dei dispositione, quâ fuit ante mundi constitutionem, adusque Filii generationem. Ante omnia enim Deus erat solus, ipse sibi & locus, & mundus & omnia. Solus autem: quia nihil aliud extrinsecus, præter illum.* (Nota. Hîc Petavius textum Tertulliani abrumpit: qui porrò ita habet:) *Cæterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum, quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. Rationalis enim Deus, & ratio in ipso prius; & ita ab ipso omnia. Quæ ratio sensus ipsius est, hanc Græci λόγον dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. Ideòque jam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, sermonem dicere in primordio apud Deum fuisse, cum magis rationem competat antiquiorem haberi: quia non sermonalis à principio, sed rationalis Deus etiam ante principium: & quia ipse quoque sermo ratione consistens, priorem eam ut substantiam suam ostendat. Tamen & sic nihil interest. Nam etsi Deus sermonem suum nondum miserat, proindè eum cum ipsa & in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacitè cogitando & disponendo secum, quæ per sermonem mox erat dicturus. Cùm ratione enim sua cogitans atque disponens sermonem, eam efficiebat, quam sermone tractabat. &c. Possum itaque non temerè præstruxisse, & tunc Deum ante universitatis constitutionem solum non fuisse, habentem in semetipso proindè rationem, & in ratione sermonem, quem secundum à se faceret, agitando intra se.* (Cap. 6.) *Hæc vis, & hæc divini sensus dispositio, apud Scripturas etiam in Sophiæ nomine ostenditur. Quid enim*

sapientius ratione Dei, sive sermone? Itaque So-
m quoque exaudi, ut secundam personam conditam.
ò: Dominus creavit me initium viarum in opera
priusquam terram faceret, priusquam montes col-
entur: ante omnes autem colles generavit me: in
u suo scilicet condens & generans. Dehinc adsisten-
eam ipsa separatione cognosce: Cum pararet, in-
, cælum, aderam illi simul; & cum fortia faciebat
r ventos, quæ sursum nubila: & quum tutos pone-
fontes ejus, quæ sub cælo, ego eram cum illo com-
ens, ego eram ad quam gaudebat: quotidiè autem
ctabar in persona ipsius. Hucusque Textus Tertul-
i, à Petavio omissus. Pergit ergò Petavius & ait:
od autem Sermonem istum, quem intra se conti-
at, tum protulerit, cum universitatem hanc mundi
icare constituit, his verbis (Tertullianus) ostendit:
, ut primum Deus voluit ea, quæ cum Sophiæ ratio-
& sermone dispposuerat intra se, in substantias &
ies suas edere, ipsum primum protulit Sermonem,
entem in se individuas suas rationes, Sophiam, ut
ipsum fierent universa, per quem erant cogitata
ue dispposita, imò & facta jam, quantum in Dei sensu.
enim eis deerat, ut coràm quoque in suis speciebus
ue substantiis cognoscerentur & tenerentur. (Cap. 7.)
igitur etiam ipse sermo speciem & ornatum suum
it, sonum & vocem, cum dicit Deus: Fiat lux. Hac
ò productione sive pronunciatione sermonis, qua
singulas in seipsis creavit Deus, alteram Trinitatis
sonam; hoc est, Sermonem sive Verbum, ac Dei
um, in se & in substantia ipsius propria productum
, non ex nihilo, sed ex ipsius Dei substantia, testa-
cap. 7. *Hæc est*, inquit, *nativitas perfecta sermo-*
dum ex Deo procedit, conditus ab eo primum ad
utum in nomine Sophiæ. Dominus condidit me in
ium viarum suarum. Dehinc generatus ad effectum:
pararet cælum, aderam illi simul. Exindè eum pa-
sibi faciens, de quo procedendo filius factus est, pri-
genitus, ut ante omnia genitus, & unigenitus,
solus ex Deo genitus, propriè de vulva cordis
, secundum quod & Pater ipse testatur: Eru-
it cor meum sermonem optimum. Ad quem dein-
gaudens, proinde gaudentem in persona illius

Solus Pater summus Deus, secundum primorum sæculorum Christianos. NB.

NB. Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

Filius meus es tu, ego hodie genui te, &: Ante luciferum genui te. Sic & Filius ex sua persona profitetur Patrem in nomine Sophiæ: Dominus condidit me initium viarum in opera sua. Ante omnes autem colles generavit me. Quod autem sermo prolatus, cujusmodi fuit iste, Fiat lux, & cæteri, nullam substantiæ proprietatem habeat, sed vox tantummodo sit & sonus oris, negat idem de sermone Dei cogitandum esse, ut asserebat Praxeas verum illum esse substantivum, ac propriâ persona præditum; *Non vis enim inquit, eum substantivum habere in re per substantiæ proprietatem, ut res & persona quædam videri possit: & ita capiat secundum Deo constitutus duos efficere, Patrem & Filium, Deum & sermonem. Quid est enim dices, sermo, nisi vox & sonus oris, & (sicut Grammatici tradunt) aër offensus intelligibilis auditu; cæterum vacuum nescio quid, & inane, & incorporale? At ego nihil dico de Deo inane & vacuum prodire potuisse, ut non de inani & vacuo prolatum nec carere substantiâ, quod de tanta substantia processit, & tantas substantias fecit. Fecit enim & ipse, quæ facta sunt per illum. Quale est, ut nihil sit ipse, sine quo nihil factum est? ut inanis solida, & vacuus plena, & incorporalis corporalia sit operatus? &c. Hic certè est, qui effigie Dei constitutus, non rapinam existimavit esse se æqualem Deo. In qua effigie Dei? utique in alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit, Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed & invisibilia illa, quæcunque sunt, habent apud Deum & suum corpus & suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt, quanto magis, quod ex ipsius substantia missum est, sine substantia non erit? Quæcunque ergò substantia sermonis fuit, illam dico personam, & illi nomen Filii vindico; & dum Filium agnosco, secundum à Patre defendo.* Hæc fuit igitur Tertulliani de Filio Dei Verboque sententia, tùm ipsum à Patre genitum, ac Filium esse factum, quando res omnes creatas è nihilo fabricatus est, ad idque sermone est usus; quem tum ex se se protulit, ac veluti corporavit, hoc est, propriam illi substantiam ac personam attribuit, &c. *Hucusque verba Petavii:* qui Textum Tertulliani iterum hîc abrumpit.

Pergit autem Tertullianus, cap. 8. &: *Sermo autem, inquit, Spiritu structus est, &, ut ita dixerim, sermonis corpus*

pus est Spiritus. Sermo ergò & in Patre semper, sicut Solus Pater
it: Ego in Patre. Et apud Deum semper, sicut scri- summus
um est: Et sermo erat apud Deum. Et nunquam sepa- Deus, se-
us à Patre, aut alius à Patre: quia, Ego & Pater cundum
um sumus. Hæc erit probolæ veritatis, custos unitatis, primorum
s prolatum dicimus Filium à Patre, sed non separa- seculorum
m. Protulit enim Deus sermonem, quemadmodum Christianos.
am Paracletus docet: sicut radix fruticem, & fons
vium, & sol radium. Nam & istæ species probolæ
t, earum substantiarum, ex quibus prodeunt. Omne
od prodit ex aliquo, secundum sit ejus, necesse est,
quo prodit, non ideo tamen est separatum. Secundus
tem ubi est, duo sunt. Et tertius ubi est, tres sunt.
rtius enim est Spiritus à Deo & Filio, sicut tertius à
dice fructus ex frutice. &c. Ita Trinitas per consertos
connexos gradus à Patre decurrens, & Monarchiæ
bil obstrepit, & οἰκονομίας statum protegit. Et mox
p. 9. inquit Tertullianus: *Ecce dico, alium esse Pa-*
em, & alium Filium, & alium Spiritum. Ma-
accepit idiotes quisque aut perversus, hoc dictum,
uasi diversitatem sonet, & ex diversitate separatio-
m protendat Patris & Filii & Spiritus. Necessitate
tem hoc dico, cum eundem Patrem & Filium & Spi-
tum contendunt, adversus οἰκονομίαν monarchiæ adu-
ntes, non tamen diversitate alium Filium à Patre, sed
stributione: nec divisione alium, sed distinctione: quia
n sit idem Pater & Filius, vel modulo alius ab alio.
ater enim tota substantia est, Filius verò derivatio NB.
lius & portio, sicut ipse profitetur: Quia Pater ma-
me est. A quo & minoratus canitur in Psalmo modicum
id citra Angelos. Sic & Pater alius à Filio, dum Filio NB.
ajor: dum alius qui generat, alius qui generatur:
m alius qui mittit, alius qui mittitur: dum alius qui
cit, alius per quem fit. Et porrò cap. 12. inquit Ter-
llianus: Immò quia jam adhærebat Patri Filius, se-
nda persona, sermo ipsius: & tertia, Spiritus in ser-
ne, ideo plur aliter pronunciavit, Faciamus (homi-
m.) & nostram & nobis. Cum quibus enim faciebat
ominem, & quibus faciebat similem, Filio quidem,
ui erat induiturus hominem, Spiritu verò, qui erat
nctificaturus hominem, quasi cum ministris & arbi- NB.
ris ex unitate Trinitatis loquebatur. Et mox: *Sed &*

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

in antecedentibus, inquit, *operibus mundi quomodo ſ*
ptum eſt? primum quidem nondum Filio apparente
dixit Deus: Fiat lux & facta eſt; ipſe ſtatim ſerm
verâ, quæ illuminat hominem venientem in hunc
dum, & per illum mundialis quoque lux. Exindè
tem in Sermone Chriſto aſſiſtente & amminiſtr
Deus voluit fieri, & Deus fecit. (Nota. In ultimi
duobus ex cap. 12. locis, ipſo quoque Petavio ju
& confitente, Tertullianus manifeſtè demonſtrat,
lium ſive Sermonem, & Spiritum, ſecundam &
tiam Trinitatis perſonam, non ex æterno ſubſiſten
cum Patre fuiſſe. Nam & ad priorem locum hæc a
Petavius: Jam, inquit, adhærebat; quia tunc produ
ſunt ambæ illæ perſonæ, quando mundum fabric
inſtituit. Sed pergit Tertullianus:) *Et dixit De*
Fiat firmamentam, & fecit Deus firmamentum,
dixit Deus, fiant luminaria, & fecit Deus lumin
majus & minus. &c. Habes duos: alium dicen
ut fiat, alium facientem. Alium autem quomodo a
pere debeas, jam profeſſus ſum, perſonæ, non ſubſtan
nomine, ad diſtinctionem, non ad diuiſionem. Cæter
ubique teneo unam ſubſtantiam in tribus cohærentib
Hæc Tertullianus.

Quibus nunc Petavii ſequentia meritò ſubjunge
Idem, (inquit Petavius, Tertullianum innuens,
cap. 14. Patrem natura inviſibilem facit, Filium
tem viſibilem. Nam inde perſonarum duarum dif
rentiam colligit, quod aliàs Deum videri Script
teſtetur, aliàs neget videri poſſe. quorum illud in F
lium competit; hoc in Patrem. *Iam ergò alius e*
(inquit) *qui videbatur, quia non poteſt idem inviſibi*
definiri, qui videbatur; & conſequens erit, ut invi
bilem Patrem intelligamus pro plenitudine Majeſtat
inviſibilem verò Filium agnoſcamus pro modulo de
vationis. Sicut nec Solem nobis contemplari licet, qua
tum ad ipſam ſubſtantiæ ſummam, quæ eſt in cælis, t
dium autem ejus toleramus oculis, pro temperaturâ p
tionis, quæ in terra inde porrigitur. Quibus verbis F
lium multò inferiorem Patre conſtituit, etiam an
incarnationem, quaſi portio tantùm ſit, non plenit
do ipſa ſubſtantiæ, quemadmodum & 9. cap. dixi
Pater inquit, *tota ſubſtantia eſt. Filius verò deriva*
toti

tius & portio: sicut ipse profitetur: Quia Pater ma-
me est. &c. Hæc Petavius.

Quibus reliqua Tertulliani adjungere, utile est. Per-
enim Tertullianus cap. 15. & ait: *Hunc Filium &*
ulus conspexit, nec tamen Patrem vidit. Nonne, in-
lit, vidi Iesum. Christum autem & ipsum Deum co-
minavit, quorum Patres, & ex quibus Christus, se-
ndum carnem, qui est per omnia Deus benedictus in
um. Ostendit & ipse visibilem Dei Filium, id est,
rmonem Dei, quia, qui caro factus est, Christus dictus
t. De Patre autem ad Timotheum: Quem nemo vidit
minum, sed nec videre potest. Exaggerans amplius:
ui solus habet immortalitatem, & lucem habitat in-
cessibilem. De quo & suprà dixerat, Regi autem se-
culorum, immortali, invisibili, soli Deo: ut & contra-
ia ipsi Filio adscriberemus, mortalitatem, accessibili-
tatem; quem mortuum contestatur secundum Scriptu-
as, & à se novissimè visum, per accessibilem utique
lucem; quanquam & illam neque ipse sine periculo lu-
minis expertus est, neque Petrus, & Iohannes, & Iaco-
us sine irratione & amentia: qui, si non passuri Filii
gloriam, sed Patrem vidissent, credo morituri ibidem.
Deum enim nemo videbit & vivet. &c. *Filius ergò*
visus est semper (ab initio) & Filius conversatus est
semper, & Filius operatus est semper, ex auctoritate Pa-
tris & voluntate; quia Filius nihil à semetipso potest
facere, nisi viderit Patrem facientem, in sensu scilicet
facientem. Pater enim sensu agit, Filius verò, qui in
Patris sensu est, videns perficit. Sic omnia per Filium
facta sunt, & sine illo factum est nihil. Et mox cap. 16.
Caterum, inquit, *quale, ut Deus omnipotens ille invisi-*
bilis; qui non habitat in manufactis, à cujus conspectu
terra contremiscit, montes liquescunt ut cera, qui totum
orbem manu apprehendit velut nidum; cui cœlum thro-
nus & terra scabellum, in quo omnis locus, non ipse in
loco, qui universitatis extrema linea est, ille Altissimus,
in Paradiso ad vesperam deambulaverit, quærens
Adam, & Arcam post introitum Noe clauserit? &
apud Abraham sub quercu refrigeraverit; & Moysen
de rubo ardente vocavit, & in fornace Babylonii Re-
gis, quartus apparuerit (quanquam Filius hominis est
dictus) ni hæc in imagine & speculo & ænigmate fuissent?

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos?

NB.

NB.

Solus Pater summus Deus, secundum primorum Seculorum Christianos.

Scilicet, *& hæc nec de Filio Dei credenda fuisse, si scripta non essent, fortassè non credenda de Patre, licet scripta quem illi in vulvam Mariæ deducunt, & in Pilati tribunal imponunt, & in monumento Ioseph recludunt. Hic igitur apparet error eorum.* Hæc loca, & præcedentia Tertulliani egregiè explicant confirmantque, & Ignatii Justinique scriptis valdè sunt consentanea. Sed ad Petavium revertamur, & quomodo is Tertullianum porrò explicet, quidque de eo sentiat, audiamus.

Præterea, inquit Petavius loco citato, §. 4. in libro contra Hermogenem, non minus falsa, imò etiam absurdiora, contra æternitatem Filii & æqualitatem adstruit Tertullianus. Capite 3. Deum asserit fuisse quidem ex æterno, ac semper Deum, non tamen fuisse Patrem. *Quia & Pater Deus est, & judex Deus est, non tamen ideò Pater & judex semper. Nam nec Pater potuit esse ante Filium, nec judex ante delictum. Fuit autem tempus, cum & delictum & Filius non fuit, quod judicem, & qui Patrem Dominum faceret. Sic & Dominus non ante ea, quorum Dominus existeret. Sed Dominus tantum futurus quandoque, sicut Pater per Filium, sicut judex per delictum; ita & Dominus per ea, quæ sibi servitura fecisset.* Cap. 18. de Sophia, id est, sermone vel Filio, *Denique, ut necessariam sensit ad opera mundi, statim eam condit, & generat in semetipso. Dominus, inquit, condidit me in initium viarum suarum, in opera sua, &c. Agnoscat ergò Hermogenes, idcircò etiam Sophiam Dei, natam & conditam prædicari, ne quid innatum & inconditum præter solum Deum crederemus.* Subindè verò materiam Deo non esse coæternam, argumentatur ex eo, quod si Sophia & Sermo Dei, qui est ejus Filius, ex ipso, & in ipso natus, sine initio non fuit, multò minus materia, quæ extra Deum est, sine initio esse potuerit, alioqui Filio præter Patrem aliquid esset antiquius: *Si enim intra Dominum, qui ex ipso, & in ipso fuit, sine initio non fuit, Sophia scilicet ejus; exinde nata, & condita, ex quo in sensu Dei ad opera mundi disponenda cæpit agitari; multò magis non capit sine initio quicquam fuisse, quod extra Dominum fuerit. Si verò Sophia eadem Dei sermo est sensu Sophia, & sine quo factum est nihil, sicut & dispositum sine Sophia; quale est, ut Filio Dei sermone unigenito & primogenito, aliquid fuerit præter Patrem antiquius, & hoc utique generosius,*

nedum

um quod innatum nato fortius, & quod infectum facto NB.
idius? quia quod ut esset nullius eguit auctoris, multò Solus Pater
limius erit eo, quod ut esset, aliquem habuit auctorem. *summus*
nc evidens est, Patrem antiquiorem poni Filio, & *Deus, se-*
iorem, validiorem ac sublimiorem, quatenus Pater *cundum*
natus est & infectus, Filius natus & factus, ut disertè *primorum*
cet cap. 32. At idem nonnulla spargit interdum de *seculorum*
c Mysterio, quæ apprimè Catholica videntur: velut, *Christianos.*
ndem esse Patris ac Filii substantiam, & divinitatem,
. Hæc, & si qua sunt ejusdem modi, non statim per-
dere debent, Tertullianum eandem numerò in
us substantiam ac perfectam divinitatem posuisse:
ut in Patre plena atque tota, in cæteris portio quæ-
m insit illius. Quemadmodum cum homo homi-
m gignit, non totam Pater in genitum substantiam
rivat, sed ejus portionem, neque numerò eandem
am habet naturam & essentiam. Itaque Deum Pa-
em, ut supra memoravi, longè antequam Filium pro-
ceret, extitisse putat: & hunc tamen ὁμοούσιον, hoc
t eâdem substantiâ præditum. Uti Filius, tametsi
mpore sit patre homine posterior, eandem cum illo
turam obtinet. Hanc esse Tertulliani mentem, quæ
pra posui, illius loca confirmant. &c. In quibus Ter-
llianus totam substantiam in Patre, & portionem in
lio, non sic intelligit, quomodo Theologi nostri, cum
icunt, Patrem plenitudinem divinitatis possidere in
imo signo originis, ut benignè magis quam verè
amelius interpretatur. Sed ita planè, ut longè mi-
or sit Filius: adeò ut propterea invisibilis sit *pro modulo derivationis*, cum sit Pater invisibilis (ait cap. 14.
dversus Praxeam.) Sanè Athanasius plenitudinem
ivinitatis in Patre esse dicit, ut sit etiam in Filio. Quod
Apostolus disertè asserit Col. 2, 9. quia plenus è pleno
atus est Filius, ut ait Ambrosius. Sic & Victorinus
in primo contra Arium, tam Patrem quam Filium ait
esse plenitudinem. Quod ad mentem Tertulliani mi-
imè convenit. Quocirca, uti radius à Sole derivatus,
ac fonte ipso luminis, etsi eodem lumine constat &
substantiâ, ideoque dici potest ὁμοούσιος, multò est
tamen minor & inferior, & adspectui nostro tolera-
bilis est, cum ad Solis intuitum oculorum nostrorum
acies hebetetur. Sic Deum Patrem tanquam immen-

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

sum & incircumscriptum lumen, majusque adeò, quàm ut cerni possit, Tertullianus contemplatus est: Filium verò sic, quasi portionem quandam lucis istius, quam proindè oculorum nostrorum imbecillitas capere posset. Quâ in opinione Veteres, ut jam ostensum est, pene superiori, nonnulli fuerunt. De Spiritu verò Sancto, quemadmodum perperam existimavit idem, postea demonstrabimus. Et hoc de Tertulliani sententia judicium nostrum, adjuvat eorum ratio, qui Deum ab illo corporeum creditum esse volunt. Nam corporum natura collatationem & contractionem ejusmodi recipit. Quæ res alibi disceptabitur. Quod verò ad æternitatem attinet Verbi, palam est ex iis locis, quos supra descripsimus, Tertullianum minimè illam agnoviisse, ac frustrà niti Pamelium, ut errori manifesto colorem obducat, quasi perinde fuisse tempus dixerit, cum non esset Filius, ac S. Hilarius solum Patrem æternum esse scripsit, Filium autem illi coæternum esse. Hoc enim recto & Catholico sensu potest usurpari, si solum Patrem intelligamus fontem & principium æternitatis esse: Illud Tertulliani nulla specie vel fuco potest obtegi, quod Filium tunc à Patre productum asserit, cum mundum fabricare institueret: tanquam hactenus potestate, non actu ipso, Pater esset Deus: quæ fuit Arianorum nefanda hæresis, cujus hac ex parte Cyrillus meminit in secundo dialogo: *Erat enim*, (inquiebant illi) *potestate Pater Deus. Proindè nuda consideratione, ac solâ apparenti specie, capi animo poterat Filius antequam gigneretur: postea verò genitus est.* Postremò, quod Tertullianus *modulo alterum numerum, gradu non statu*, in Deo factum ait, & *à matrice non recessisse, sed excessisse*, eodem pertinet. Nam modulum vocat τρόπον τὴν ὑπάρξεως, ut Græci loquuntur, certum modum, quo derivatus à Patre Filius existit: ut radius emissus à sole, extra ipsum extenditur ita, ut idem sit status, hoc est, ὐσία vel ὑπόστασις, ut tum loquebantur, luminis, gradus verò diversus, id est, persona. *Hucusque Petavius de Tertulliano*: qui hæc tandem de eo adhuc addit: Invenio tamen, inquit, apud eundem Tertullianum rectè illud & catholicè dictum, minorem non esse Patre Filium. *Omnia* (inquit in quarto contra Marcionem cap. 25.) *sibi*

tradita

dita dicit à Patre. Credam, si Creatoris est Christus, Solus Pater
omnia, quia non minori se tradidit omnia Filio *summus*
ator, quæ per eum condidit, per Sermonem suum scili- *Deus, se-*
. Verùm hæc, etiamsi catholicè à Tertulliano dicta *cundum*
se Petavius censeat, non tamen aliam habere nunc *primorum*
ssunt interpretationem, quàm cum lib. adv. Praxeam *seculorum*
17. Tertullianus ita de Christo scribit, seseque ex- *Christianos.*
icat: *Omnia, inquit, Patris mea sunt. Cur non & no-*
ina? Cur ergò legis Deum omnipotentem, & altissimum,
Deum virtutum, & Regem Israëlis, & qui est, vide
per hæc Filius etiam demonstretur. Suo jure Deus omni-
tens, quâ sermo Dei omnipotentis, quâque omnium acce-
pit potestatem. Altissimus, quâ dextera Dei exaltatus, sic-
Petrus in Actis concionatur. Dominus virtutum, quia
nia subjecta sunt illi à Patre. Rex Israëlis, quia illi pro-
excidit sors gentis istius. Item, qui est, quoniam mul-
filii dicuntur, & non sunt.

Sed & nos tandem citationum nostrarum finem facturi, id nunc dicamus cum Petavio: de Tertulliano quoque satis multa. Quanquam Petavius hîc nondum subsistat nobiscum, sed alios quoque per integrum tertium seculum, & quod excurrit, autores (*Clementem* scilicet *Alexandrinum*, *Origenem*, *Dionysium Alexandrinum*, *Episcopos sex ad Samosatenum scribentes*, *Gregorium Neocæsarienſem*, *Thaumaturgum* dictum, *Methodium Martyrem*, *Lucianum Antiochenum*, *Novatianum*, *Lactantium*, *Zenonem Veronenſem*, *Eunomium*, *Marium Victorinum* Catholicum, Nicænâque Synodo posteriorem, *Rupertum*, imò ipsum tandem *Constantinum Magnum Imperatorem*, ad Nicomedienses contra Eusebium scribentem,) prioribus illis, ceu in doctrinâ de summo & unico æterno Deo Patre consentientes adjungit, libroque primo de Trin. c. 5. §. 7. ita tandem de omnibus illis, à se productis & allegatis Ecclesiæ Doctoribus concludit: Igitur nonnullis Veterum (rectius verò dixisset: Omnibus vetustis, quotquot quidem primis duobus seculis vixêre: quemadmodum hucusque probatum est,) illa de divinitate, ac personarum in ea diversitate insederat opinio, unum esse summum, ingenitum, neque aspectabilem Deum, qui λόγον, id est, *Verbum*, vel *Sermonem*, quem ἐνδιάθετον, *intus inclusum* tenebat, ex sese foras produxerit vocalem & sonantem: nec tamen vocis instar, sonique transeuntem

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

ac dissipabilem, sed ejusmodi, ut velut corporatus, ac subsistens, cætera deinceps efficeret. Tùm autem à supremo Deo ac Patre productum esse dixerunt, cum hanc rerum universitatem moliri statuit, ut illum velut administrum haberet. Quam sententiam alii clariùs, obscuriùs alii significant: sed isti ferè, Athenagoras, Tatianus, Theophilus, Tertullianus & Lactantius. *Tam ii verò, quàm reliqui, quos commemoravi,* (commemoraverat verò Petavius in catalogo errantium, & Justinum Martyrem, Irenæum, Clementem Romanum, Clementem Alexandrinum, Origenem, Dionysium Alexándrinum, Gregorium Thaumaturgum, Methodium, Lucianum Antiochenum, 6 Episcopos ad Samosatenum scribentes, & Novatianum. Quibus tamen pro hac sua sententia addere potuisset, debuissetque, Hippolytum Martyrem, in Homilia sua de Incarnatione Verbi, idem quod Athenagoras, Theophilus, Tatianus, &c. de Filii paulò ante mundum conditum generatione disertissimis verbis, prout hæc ejus verba postea quoque allegabuntur, scribentem: imò & Cyprianum, Arnobium, & alios.) *ævo, dignitate, ac potentiâ superiorem Verbo Patrem arbitrati sunt*, ac tametsi de Patris esse substantiâ sive naturâ Filium asserererent, quâ unâ re ab cæteris, quæ creaturæ propriè vocantur, illius conditionem diversam faciebant: non minus tamen quàm creaturas *initium habuisse*, hoc est, minimè ex æterno distinctam hypostasin fuisse, *putarunt*. Hæc Petavius.

Quibus tamen, tùm ut, quæ de primorum duorum seculorum fide monstrata sunt hactenùs, magis magisque confirmentur, tùm ut tertii quoque seculi publica de Christo doctrina, maximè in initio, eadem cum priorum duorum seculorum doctrinâ, fuisse, clariùs adhuc cognoscatur; unicum tantùm ex indubitato Origenis contra Celsum libro testimonium, at illustrissimum, & quod instar multorum esse possit, hîc adnectere placet. Ita verò Origenes, qui circa annum Christi 230. vixit, omniumque veterum Theologorum celeberrimus fuit, in suo contra Celsum libro scribit: *Dicit*, (Celsus:) *Si nullum alium isti præter unum Deum colerent, videri poterant meritò alios contemnere: nunc cum recens exortum hunc immensis extollant honoribus, credunt*

se

nihil peccare in Deum, quod ministro ejus reverenter serviant. Ad quod respondendum: si Celsus intellexisset illud; Ego & Pater unum sumus Ioh. 10, 30. & illud in precatione dictum à Filio Dei, Ioh. 17, 22. Sicut ego & tu unum sumus: non putasset nos & alium colere præter Deum universorum Dominum. Ait enim, Pater est in me, & ego in Patre. Quod si quis his motus verebitur, ne fortè transfugiamus ad eos, qui negant duas esse substantias (ἑτεροούσιους) Patrem & Filium: audiat illud Act. 4, 32. Erat autem omnium credentium cor unum & una anima: ut contempletur illud dictum: Ego & Pater unum sumus. Vnum igitur Deum, sicut rationem reddidimus, Patrem & Filium colimus, constanterque stamus contra alios, non recens exortum, quasi prius non fuerit, nimiis honoribus extollimus. Credimus enim ejus verbis dicentis; antequam Abraham natus esset, ego sum Ioh. 8, 58. itemque: Ego sum veritas, cap. 14, 6. nec est quisquam nostrûm tam illiberali ingenio, ut opinetur, quod veritatis essentia non fuerit ante adventûs Christi tempora. Itaque religiosè colimus Patrem veritatis, & veritatem Filium, duos quidem subsistentia, unum verò concordia, consensu, voluntatisque identitate: adeò ut quicunque vidit Filium (qui est splendor gloriæ Dei, characterque ejus substantiæ) viderit in ipso Deum, ut in imagine Dei. Opinatur is nunc, eò quod unà cum Deo Filium ejus colamus; sequi secundum nos quoque, non solum Deum, verum etiam ministros ejus colendos esse. Qui quidem si intellexisset veros ministros Dei post ipsius unigenitum, Gabrielem, Michaëlem, reliquosque Angelos & Archangelos, eosque colendos contenderet: fortasse colendi significatum repurgantes & actiones colentium, dixissemus aliquid de hoc loco pro tantæ rei dignitate, proque captu nostræ intelligentiæ. Nunc quando ministros coli postulat hos dæmonas qui adorantur à gentibus: non evincit, ut eos colamus, quos Scriptura docet ministros esse illius mali principis hujus seculi, ad defectionem à Deo pertrahentis quoscunque potest. Ergo non ut ministros istos, qui à reliquis hominibus honorantur, detrectamus venerari & colere. Si enim persuasum haberemus, eos esse summi Dei ministros; nunquam appellaremus eos Dæmonia. Sed unum Deum, & unum ejus Filium ac Verbum imaginemque, quantum possumus, supplicationibus & honoribus veneramur, offerentes Deo universorum Domino preces per suum unigenitum. Cui prius eas adhibemus, rogantes, ut ipse, qui est propitiator pro peccatis nostris, dignetur tanquam

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

NB.

NB.

quam

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

quam Pontifex preces nostras, & sacrificia, & intercessiones offerre Deo optimo maximo. Itaque in Deo fides nostra consistit, per confirmantem eam in nobis ipsius Filium. Nec est quod Celsus nobis seditionem objiciat propter Filium. Veneramur enim Patrem, eò quod admiramur ejus Filium Verbum, & Sapientiam, & veritatem, & justitiam, & quicquid dicimus esse Dei Filium, è tali Patre progenitum. Et de his quidem hactenus. Quoniam autem rursus Celsus sic loquitur; Quod si eos doceas non esse hunc Dei Filium, sed illum Patrem esse omnium, quem solum colere revera oporteat? non colent nisi unà cum isto seditionis suæ autores quem nominant Dei Filium, non quod Deum venerentur magnoperè, sed quod istum extollant plus nimis. Atqui nos scientes quis sit Dei Filius, nimirum, splendor gloriæ, characterque substantiæ ejus: vapor potentiæ Dei, omnipotentis gloriæ sincera promanatio, splendor sempiterni luminis, speculum immaculatum Dei potentiæ ac efficaciæ, imagoque bonitatis ejus, scimus hunc illius Filium, & illum hujus Patrem. Nec est quicquam in hoc sermone indecens, nec malè Deo convenit, talem sibi Filium unigenitum substituere. Nec potest nobis persuaderi, hunc qui talis est, non esse ingeniti Dei & Patris Filium. Quod si Celsus audivit perversam doctrinam quorundam, qui Filium Dei negant esse Creatoris Filium; ipse viderit, & qui huic opinioni favent. Non est ergo seditionis auctor Jesus; sed omnis pacis; ut qui dixit suis Discipulis, Pacem relinquo vobis; pacem meam do vobis. Deindè quoniam sciebat hujus mundi & non Dei homines hostes nobis futuros, addidit: non sicut mundus dat pacem, ita & ego do pacem vobis. Confidimus autem propter eum, etiamsi affligimur in mundo, quia dixit: In mundo afflictionem habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Hunc asseveramus esse Dei Filium, Dei inquam, quem (si Celsi verbis utendum est) magnoperè veneramur, & Filium ejus maximis à Patre auctum honoribus agnoscimus. Esto autem, non deesse quosdam, ut in tam numerosa credentium multitudine, qui discrepantes ab aliis, temerè affirment, quod Servator sit Deus ille universorum Dominus: nos certè hoc non facimus, qui credimus ipsi dicenti, Joh. 14, 28. Pater qui misit me, major me est. Quapropter, quem nunc Patrem vocamus, eum non subjicimus, ut Celsus calumniatur, Dei Filio. Pergit deindè, Quod autem non aberrans à scopo sic opiner, utar ipsorum testimoniis. Nam in illo cœlesti dialogo alicubi hæc fermè ad verbum dicuntur:

NB. NB. NB. NB.

Si

fortior est Dei Filius, & Dominus ejus est Filius homi- *Solus Pater*
nis, & quis alius dominabitur Deo tenenti imperium? quo- *summus*
modo multi circa puteum, & nullus in puteum? & cur *Deus, se-*
cautum itineris emensus timidus es? Falleris: adest enim *cundum*
tibi audacia & gladius, adeò non hoc est ipsius propo- *primorum*
situm. Nam alium supercœlestem Deum hujus Patrem fa- *seculorum*
cunt, in cujus cultum consenserunt, ut sub prætextu ma- *Christianos.*
gni Dei colant hunc quem sibi præfecerunt Dei Filium, quem ajunt ut fortiorem Dominum esse Dei tenentis imperium, solumque venerantur. Vndè illud solemne præceptum eorum, non esse serviendum duobus Dominis, cavendo, ne quis ab hoc uno dissideat. Hæc quoque rursum à nescio quâ obscurissimâ hæresi desumpta, universis Christianis objicit. Obscurissimam dico, quia ne nobis quidem multum cum hæreticis conflictatis liquet, undénam hæc Celsus acceperit: si tamen accepit, & non finxit vel affinxit de suo. Nos enim manifestè prædicamus, Creatoris, qui mundum NB.
hunc sensibilem condidit, Filium non esse fortiorem Patre, NB.
sed inferiorem. Id quod ex ipsius authoritate affirmamus, NB.
dicente, Pater qui misit me, major me est: *Ioh.* 14, 28. NB.
Nec est quisquam nostrum tam attonitus, ut dicat, Dominus est Dei hominis Filius. Imperium autem ei, ut Dei Verbo, Sapientiæ, justitiæ, veritati, astruimus in omnes suscipientes eum hoc nomine; sed non in Deum Patrem omnipotentem. Hæc Origenes, loco citato, clarè, perspicuè!

Et tantum de perpetuo omnium Scriptorum Ecclesiasticorum intra prima duo secula, & quod excurrit, consensu. Ex quibus omnibus clarissimè jam patet, non esse talem de Filii cum Patre æqualitate Traditionem, quæ ab Apostolis sit propagata: prout quidem hodiè à plerisque creditur. Imò contrarium potius adeò verum est, ut Petavius Arium quoque in eo, contra accusatores ipsius excuset, lib. 1. de Trin. cap. 8. §. 2. ac si is dogmatis sui primus fuisset architectus; imò, ut rotundè dicat Petavius, Veteres à se allegatos idem quod Arius (id est, Filii cum Patre inæqualitatem) antè tradidisse. Verba Petavii sunt hæc: *Planissimè constat, Arium illorum Veterum secutum esse dogma, qui nondum pate factâ constitutâque re, ad eundem errorem offenderunt. Nam & illi productum à Deo Patre Verbum, non tamen ex æternitate, docuerunt, sed antequam mundum fabricaret, ut illo administro ad hujus molitionem operis uteretur.*

Solus Pater summus Deus, secundum primorum seculorum Christianos.

teretur. *Quamobrem, quod Arius illius dogmatis Architectum fuisse, cujusmodi hactenus auditum non erat, Alexander in Epistola queritur, aliique Patres, qui contra hanc hæresin scripsêre, oratorio more, & per exaggerationem dici arbitror. Siquidem magna est à nobis producta turpia priscorum, qui idem quod Arius antè tradiderunt. Nisi fortè hoc iste præcipuum habeat, quod Verbum Dei ac Filium ἐξ οὐκ ὄντων ex nihilo creatum, palàm ac distertius quàm unquam aliàs, asseveraverit. Nam plerique illi, quos suprà citavi, non id apertè declarant, sed Filium seu λόγον ajunt ex Patris substantia profluxisse, ut Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Tatianus. Origenes autem & Dionysius Alexandrinus, etsi reipsâ idem, quod Arius sentiunt, non tamen expressè ac verbo declarant, ἐξ οὐκ ὄντων Filium esse factum. Tum illud fortè vel peculiare, vel præ cæteris Arius habuit, quod Filium Dei naturâ esse mutabilem, & in deterius verti posse defenderet. Itaque Sozomenus lib. 1. cap. 15. quædam ait Arium docuisse, quæ à nullo hactenus usurpata fuerunt; videlicet Filium Dei ex non existentibus esse factum, ac fuisse quondam, cum nondum esset. Item libero suo arbitrio nequitiæ ac virtutis capacem esse: & creaturam, atque opificium.* In quibus Petavii verbis tùm haud obscurè innuitur, immeritò tantos clamores, tantas rixas, tantosque tumultus, ob Arii sententiam, quæ tamen vel verbis saltem nonnullis, non re, ab illa Veterum sententia, differat, olim fuisse excitatos; tùm & hoc considerare convenit, quod Veterum illorum tempore, sententiam hodiernam, de æqualitate Filii cum Patre, nondum patefactam constitutamque fuisse indicatur. Quod si est, prout Petavius ipsemet id hîc fatetur & credit, quomodo sententia hæc ab Apostolis per Traditionem provenire potuit? Quomodò Apostolica censeri potest? & non potiùs hominum inventum dici debet? Nam, si tradita fuisset ab Apostolis, his primis sanè Christianis omnium primò, & deindè per hos, aliis demùm, patefacta fuisset. Atqui patefacta fuit demùm, prout Petavius lib. 1. de Trin. c. 3. §. 3. ubi de Expositione fidei, Justino falsò adscriptâ, agit, iterum expressè loquitur & fatetur, post Arianam procellam. (imò, ex insano contendendi & contradicendi pruritu: quemadmodum id ex disputatione Alexandri cum Ario habitâ, cujus Socrates lib. 1. hist. Eccl. cap. 5, meminit, actisque illius

ius temporis abundè patet.) Ergò minimè omnium ab Apostolis provenire potuit.

Sed, ut magis adhuc pateat, non hanc esse, vel unquam fuisse Apostolorum traditionem, sed contrariam potius, nimirùm, quod solus Pater summus sit Deus omniumque Creator, probo id nunc porrò, (ex abundanti,) summatim quasi, I. ex eo, quod Ignatius eos etiam ministros Satanæ appellaverit, qui Christum, Deum super omnes, omniumque Creatorem, dicerent: quemadmodum, ubi de Ignatio, & Irenæo agebamus, id monstratum est, & Petavius ipsemet ibidem fatetur. II. Quod omnes alii à nobis citati Ecclesiæ Doctores, sive explicitè, sive implicitè, id juxtim cum Ignatio pro absurdo habuerint, dicere, Deum omnipotentem in terris unquam apparuisse, seseque conspiciendum aut tractandum præbuisse: quemadmodum quidem idipsum de Filio & Verbo ultrò fatebantur. Vide verba ipsorum superiùs allegata. III. Quod sententiam & confessionem suam hanc de summo Deo Patre, Filioque eô minore, non tanquam privatam aliquam, sed tanquam publicam omnium Christianorum, sive sui temporis, sive præteriti, idque coram Imperatoribus & Gentibus, ediderint & scripserint: quemadmodum id ex Justini, Athenagoræ, Tatiani, Tertulliani, aliorumque Apologiis, clarum est. Quæ ratio, ut magis magisque elucescat, pateatque, adeò publicam hanc fuisse inter Christianos confessionem, ut quicunque se tandem adhuc nobis recens offerunt, ex illa antiquitate autores, etiamsi tenebris hactenus sepulti & prorsus ignorati, eandem tamen cum aliis omnibus fidem habuisse deprehendantur: age, illustrem adhuc ex antiquitate illa auctorem, qui se nobis olim in lectione Jesuitæ Hallosii obtulit, producamus, *Melitonem* nimirum *Episcopum Sardianum*, Justini Martyris coætaneum. Hujus fragmentum citatus Hallosius Tom. II. Scriptorum Ecclesiæ Orientalis, in vita ejusdem Melitonis è Chronico Alexandrino nobis exscripsit, & ita sonat: Οὐκ ἐσμὲν λίθων, οὐδεμίαν αἴσησιν ἐχόντων, θεραπευταὶ: ἀλλὰ μόνου Θεοῦ, τοῦ πρὸ πάντων, καὶ ἐπὶ πάντων, καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὄντως Θεοῦ λόγου πρὸ αἰώνων, ἐσμὲν θρησκευταί. *Non sumus*, inquit, *lapidum sensu carentium cultores, sed solius Dei, qui est ante omnia, &*

Solum Patrem summum esse Deum, non privata nonnullorum, sed Catholica & publica omnium illius temporis Christianorum sententia & confessio fuit.

in

Solus Pater summus Deus: secundum primorum seculorum Christianos.

in omnibus, & præterea Christi ejus, qui verè est Verbum ante secula, adoratores sumus. Pergit Hallosius. Aliud, inquit, è S. Melitonis operibus fragmentum reperio nullum. Et illud Chronici jam positum, è quo Sancti Viri libro sit, incertum habeo. Si quis præter hæc nanciscì aliquid novum possit, det, amabò, in publicum, & benè de Ecclesia merebitur. Ita Hallosius. Qui tamen candidiùs allatum hoc è Chronico Alexandrino fragmentum interpretari debuisset. Nam in Latino propriè & ad verbum ità sonat: *Non sumus laudum sensu carentium cultores, sed solius Dei, qui est ante omnia, & super omnia, & super Christum illum, qui verè est Deus Sermo ante secula, adoratores sumus.* Quæ verba manifestè Filium à summa Patris Deitate excludunt. Quanquam & priori modo versum fragmentum hoc, (puta, si ἔχομεν, absque præfixâ vocula ἐπὶ, legatur,) Christum ab unius Dei, qui ante omnia, & super omnia est, nomine, satis excludat, eundemque non ante omnia, quemadmodum Patrem, sed tantùm, ante secula esse, dicat: adeòque id nunc magis magisque monstret, quod in tertia, de qua agimus ratione, dicebatur; nimirum, confessionem Veterum illorum Christianorum, de summo Deo Patre, Filioque eo minore, non privatam, sed publicam, & à plerisque, imò omnibus Christianis, receptam fuisse. IV. Ratio (quod scilicet nulla unquam fuerit Apostolorum de æqualitate Filii cum Patre traditio, sed contraria potiùs, nimirum, quod solus Pater summus sit Deus, omniumque Creator:) est, quod eadem illi, qui vel à Petavio, vel aliis, pro suæ Traditionis confirmatione, & tanquam omnium primi, illustrissimique Traditionis illius testes, allegantur, allegarique tantùm possunt, hocipso suo testimonio, quod præbent, simul sententiam suam de summo Deo Patre, ab ipsis Apostolis profectam esse, inque Ecclesia semper mansisse, innuant: etiamsi quoque Christum ante secula, mundique constitutionem, à Patre genitum fuisse testentur. Quod sanè mirum est, aut non vidisse Petavium, aut videre noluisse, sibique adeò & contradicere maluisse, quàm veritati cedere, erroremque deponere. Nam cum is præfat. in Tom. II. cap. 2. §. 1. Traditionem suam ostensurus, sex Epis-

NB.

pos

Antiochenos, eosque omnium primos Traditionis Testes, allegasset, eò quod Paulo Samosateno, anno Christi 269. scribentes dixerint, se fidem sic edere & exponere, quam à principio acceperint, habeant traditam & servatam in Catholica & S. Ecclesia, usque in hodiernum diem, à Beatis Apostolis, viderint ipsi, & ministri fuerint verbi, prædicatam Lege & Prophetis, ac Novo Testamento: cum, quam, eos ita in Epistola scribentes allegasset Petavius, mox, sui quasi immemor, lib. 1. de Trin. c. 4. 9. eosdem sex Episcopos Antiochenos inter illos (& eadem propter scriptam illam ad Paulum Samosatenum Epistolam,) recenset, qui ævo, dignitate, & potentia, superiorem Verbo Patrem, arbitrati sunt. Quemadmodum verba hæc Petavii ex lib. ejus primo de Trin. c. 5. §. 7. paulò antè citavimus. Verba autem Petavii de sex illorum Episcoporum minus Catholicâ (ut inquitur Petavius,) fide, hæc sunt: Quin etiam Episcopi illi sex, qui ad Paulum Samosatenum, antequam in ordinem redigeretur, epistolam miserunt, in ea quædam de Filio proponunt, ab Catholicæ regula fidei nonnihil abhorrentia. Ut, cum Filium dicunt in mundo procreando *paternam impleviſſe voluntatem, atque ut id faceret, præcepiſſe Patrem.* Undè & diversum à Patre Filium esse confitmant: *quoniam qui præcipit, alteri præcipiat, neceſſe eſt.* Addunt, eundem paternam implentem voluntatem, Patriarchis apparuisse: & ob id ministerium Angeli nomen obtinuisse. Nunc enim dandæ legis ministrum fuisse: quem & Mediatorem Dei atque hominum vocat Apostolus. *Hæc Petavius.* Ex quibus verbis, quis est qui non videat, sex illos Episcopos, etiamsi testati sint, Filium Dei ante mundi constitutionem genitum fuisse, simul tamen clarissimè testari, Filium Patre multò esse minorem, eique subjectum? quandoquidem eodem modo de Filio Dei sensisse deprehendantur, quo Justinus, Irenæus, Tertullianus, & alii? Nam iidem Episcopi (quod Petavius allegare omisit,) Filium Dei quoque Sodomitas, *acceptâ à Patre judicandi poteſtate* punivisse, hominibusque apparuisse, Patre invisibili manente, asserunt; illudque *ſuper omnia Deum eſſe*, ubi de Filio usurpaverant, *in omnibus* tantum *creaturis in-*

Omnes Verbum pro divinitate Filii allatæ Traditiones, ſolum Patrem ſummum eſſe Deum, ſimul teſtantur.

NB.

Omnes Veterum pro divinitate Filii allata traditiones, solum Patrem sum esse Deum simul testantur.

telligendum esse monent, adeòque non ita simplici accipi debere innuunt, quàm ubi de Patre usurpat & præterea quoque, dum *Filium tanquam actum viventem & per se existentem à Patre genitum esse* ajun eandem cum Athenagora de Filii generatione, qu is aliquando in potentia tantum fuerit Patris, tande que quasi actus prodierit, sententiam fovisse viden Imò demùm *impium esse* ajunt, *existimare, Deum universi* seu Patrem Domini nostri Jesu Christi, usqua in Scripturis *vocari Angelum*, hocque nomen Fi tantum in Scripturis tribui dicunt, ut qui Angelus Patris, ejusque Legatus. Nam postquam dixissent *Generavit quidem Filium Pater tanquam actum (ἐνέργειαν) viventem, & per se existentem, omnia in omnibus operantem: non autem solùm vidit Filius, neque solùm præsens fuit Filius, sed etiam operatus est ad creationem universi; sicut scriptum est: Cum eo eram cuncta componens. Prov. 8. Hunc dicit Scriptura descendisse & apparuisse Abrahæ ad quercum Mambræ, unum ex tribus: cum quo Patriarcha tanquam cum Domino & Iudice colloquebatur, ut qui omne judicium à Patre accepisset, de quo scriptum est: Dominus pluit super Sodoma & Gomorrha ignem & sulphur à Domino de cœlo. Qui implens voluntatem paternam, Patriarchis apparet, & cum eis loquitur, in eisdem clausulis, & eisdem capitibus, aliquando quidem tanquam Angelus, quandoque verò tanquam Dominus, quandoque autem Deus esse affirmatur.* Postquam, inquam, sex illi Episcopi hæc scripsissent, dixissentve, protinus addunt

NB. sequentia: *Deum enim universi impium est, existimare vocari Angelum: Filius verò Angelus Patris est, qui est ipse Dominus & Deus. Scriptum enim est, Angelus magni consilii. Es. 2. Sicut & aliàs in Abraham: Et vocavit eum Angelus Domini, & quæ sequuntur. Gen. 22.* Quibus verbis sex illos Episcopos Filium Dei ad mentem Justini, Athenagoræ, Tatiani, Theophili, Tertulliani, aliorumque describere, Patreque longè minorem esse, arbitratos fuisse, nemo cordatorum est, qui non videat.

Cæterum, idem hoc de *Hippolyto* quoque *Martyre*, qui circa annum 220. vixisse creditur, dici posset: quem Petavius quidem pro confirmanda Traditione

Omnes Veterum pro divinitate Filii allata traditiones, solum Patrem summum esse Deum, simul testantur.

...a citat, præfat. in Tom. II. c. 4. §. 2. at ex merè su-...ectis, suppositititiis, & nuperrimè tantùm productis ...imùm, adeóque nondum receptis & approbatis, ...ò cum antiquioribus illius, & magis genuinis scri-...is, minimè congruentibus, fragmentis. Verus si-...uidem Hippolytus Martyr in Homilia de Deo Trino ...Uno, & de mysterio Incarnationis cont. hæresin ...oëti, (prout Homilia hæc in Supplemento Biblio-...hecæ PP. Parisiis anno 1639. editô, habet,) Patrem ...lum esse æternum, Filium autem paulò ante mun-...um conditum esse ait. Verba ejus sunt hæc: *Deus*, ...quit, *solus cum esset, nihilque sibi coævum haberet, ...oluit mundum efficere. &c. Fecit igitur sicut voluit: ...eus enim erat. Eorum autem quæ facta sunt, Ducem, ...nsiliarium, & operarium generabat Verbum: quod ...erbum cum in se haberet, essetque mundo creato ina-...ectabile, fecit aspectabile, emittens priorem vocem, ...lumen ex lumine generans, deprompsit ipsi creaturæ ...ominum, sensum suum, & qui prius ipsi tantum erat ...isibilis, mundo autem invisibilis, hunc visibilem facit, ...mundus, cum eum, qui apparuit, videret, salvus ...eri posset. Atque ita assistit ei alius. Cum alium dico, ...n duos Deos dico, sed tanquam lumen ex lumine & ...quam ex fonte, aut radium à sole: una enim virtus ...toto, totum verò Pater, ex quo virtus, Verbum: ...c verò mens sive sensus, qui prodiens in mundum, o-...ensus est Puer Dei. Omnia igitur per eum facta sunt, ...se solus ex Patre genitus.* Et mox, postquam *Incar-...ationem* Christi, *Oeconomiam*, (quasi alteram,) *& ...atiam Spiritus Sancti* in Trinitate, *Oeconomiam ter-...iam* dixisset; *Pater*, ait, *mandat, Verbum perficit, ...ilius autem ostenditur, per quem Pater creditur. Oeco-...omia consensionis redigitur ad unum Deum, Vnus enim ...st Deus, qui mandat, Pater, qui obedit, Filius, qui ...ocet scientiam, Spiritus Sanctus. Pater, qui est super ...nnia, Filius per omnia, Spiritus Sanctus in omnibus.* Quid? quod Verbum nondum incarnatum, imperfe-...ctum adhuc Filium fuisse dicat Hippolytus? dum ita ...andem addit: *Nec enim Verbum per se, & sine carne, ...erfectus Filius erat, cum tamen esset perfectum Verbum ...nigenitus, neque caro per se, sine Verbo subsistere pote-...rat, quia in Verbo habebat τὴν ὑπόστασιν, id est, in Verbo*

 subsi-

Omnes Veterum pro divinitate Filii allatæ traditiones, solum Patrem summum esse Deum, simul testantur.

subsistebat. Sic ergò unus Filius Dei perfectius manifestus est. Hucusque Hippolytus, à Petavio pro Traditione sua confirmanda allegatus. Qui, annon, ceu alii Tertullianus, omnia alia potiùs, quàm æqualitatem Filii cum Patre tradat, doceatque, nemo est iterum qui non videat. Nec tamen aliter Petavius & in Justino, Athenagora, Tatiano, Theophilo, aliisque eorum similibus, citato loco, in suas partes, obtorto quasi collo trahendis, proque suæ Traditionis confirmatione allegandis, procedit, eosdem illos mox inæqualitatem Filii cum Patre docuisse, evincens: adeòque priora illa sua, tanquam minùs firma denuò quasi destruens & refutans.

Veræ Traditiones Apostolicæ non tantùm solum Patrem summum Deum esse testantur; sed ne Filium quidem, paulò ante mundum conditum à Patre genitum esse, (prout prima plerorumque Christianorum à fide aberratio vult,) permittunt: imò, omnibus aliis Veterum, tam pro Filii divinitate, quàm pro ejusdem cum Patre æqualitate,

Ratum ergò nunc manet & manebit, nullam omninò antiquam Traditionem, pro divinitate Filii allegari posse, quæ non simul testetur, Filium Patre, vel quoad ipsam divinitatem, longè esse minorem. Restant verò duæ adhuc sive rationes sive Traditiones, quæ non tantùm nullam unquam Apostolicam, pro æqualitate Filii cum Patre Traditionem, esse potuisse ostendunt, sed ne Filium quidem paulò ante mundum conditum à Patre prolatum aut genitum esse (quemadmodum quidem plerosque veterum Christianorum credidisse, hactenus est monstratum, permittunt, & verò præterea antiquitate cum omnibus pro Trinitate, Filiique divinitate, allatis traditionibus certant, easque suspectas & falsas esse docent: imò, veram tandem, veræ antiquissimam, verèque Apostolicam, de Christo sententiam & fidem, convenienter Scripturis Sacris pandunt & referant. Harum altera est Symbolum nostrum Apostolicum, altera verò Artemonitarum Traditio.

Priorem igitur rationem quod concernit, quæ ordine est quinta; quid, quæsò, *Symbolum* nostrum, *Apostolicum* dictum, aliud de Christo dicit, credique jubet, præterquam hoc, quod Unigenitus sit Dei Filius, Dominusque noster, natus ex Maria Virgine? non verò, quod natus sit, idque vel inprimis, ante mundi constitutionem? Dices: I. Symbolum illud, Apostolicum dictum, tàm antiquum fortè non esse, prout quidem dicatur; & præterea, autorem ejus ignorari? II. Filium Dei in Symbolo Apostolico propriissimè sumi debere? Resp. ad 1. Ut antiquissimum esse pateat hoc Symbo-

lum,

n, en compendium ejus, jam Tertulliani tempore Ecclesiis receptum, quod ex lib. Tertulliani de Virg. land. cap. 1. ita sonat: *Regula fidei*, inquit, *una omnī- est, sola immobilis & irreformabilis, credendi scilicet in icum Deum omnipotentem, mundi conditorem, & Fi- um ejus Iesum Christum, natum ex Virgine Maria, cruci- um sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum à mortuis, ceptum in cœlis, sedentem nunc ad dexteram Patris, nturum judicare vivos & mortuos, per carnis etiam surrectionem. Hâc lege fidei manente, cætera jam dis- plinæ & conversationis admittunt novitatem correc- ionis, operante scilicet & proficiente usque in finem ratiâ Dei.* Habes ergò Symboli hujus antiquitatem Tertulliano. Quam etiam cap. 36. lib. de præscript. dverſ. hæret. idem Tertullianus his verbis exprimit: *ge jam*, inquit, *qui vales curiositatem melius exerce- e in negocio salutis tuæ, percurre Ecclesias Apostolicas, ud quas ipse authenticæ literæ eorum recitantur, so- antes vocem, repræsentantes faciem uniuscujusque. roximè est tibi Achaia, habes Corinthum. Si non lon- es à Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicen- s. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum: Si au- m Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque uctoritas præsto est. Statu felix Ecclesia, cui totam octrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi etrus passioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Ioan- is exitu coronatur, ubi Apostolus Ioannes, posteaquam oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam legatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid um Aphricanis quoque Ecclesiis contesserarit? Vnum Deum novit, Creatorem universitatis, & Christum Ie- sum ex Virgine Maria Filium Dei Creatoris, & carnis surrectionem. Legem & Prophetas cum Euangelicis & Apostolicis literis miscet, & inde potat fidem eam, quâ signat, Sancto Spiritu vestit, Eucharistia pascit, martyrio exhortatur, & ita adversus hanc institutio- nem neminem recipit. Hæc est institutio, non dico jam quæ futuras hæreses prænunciabat, sed de qua hæreses prodierunt. Sed non fuerunt ex illa, ex quo factæ sunt adversus illam.* Satis de antiquitate! Accedo ad pro- prietatem Filii Dei, quam secundò urgebas. Ea verò qualis sit, esseque debeat, nunc, partim ex propriâ

allatis Traditionibus, & antiquiores & certiores sunt: adeoque eas falsas prorsus, fictasque esse, clarissimè docent.

Vera Traditiones Apostolicæ non tantùm solum Patrem summum Deum esse asseruntur, sed ne Filium quidem, quòd ante mundum conditum à Patre genitum esse (prout prima plerorumque Christianorum à fide aberratio vult,) permittunt, imò, omnibus aliis Veterum, tùm pro Filii divinitate, quàm pro ejusdem cum Patre æqualitate allatis traditionibus, & antiquiores & certiores sunt: adeoque eas falsas prorsus fictasque esse clarissimè docent.

Tertulliani in citato altero loco explicatione, constat, ubi Christum Jesum, Filium quidem Dei, ex Maria Virgine talem, ab Ecclesiis omnibus Apostolicis creditum esse ait: (prorsus ad eum modum, quò *Angelus* Luc. 1. Illud, quod, & quia, ex Maria, per inumbrationem Virtutis Altissimi sanctum nasci debebat, *propterea* Filium Dei vocatum iri prædicebat; *Christus* ipse Joh. 10, 35. 36. semet *propterea* Filium Dei appellasse ajebat, quod à Patre, tùm in ipsô puta nativitatis suæ primordiô, tùm in Baptismo, sanctificatus, inque mundum à se adultô nunc docendum reformandumque, missus esset: imò, quâ ratione Christus cœcum natum Joh. 9. 35. 36. 37. in *talem* Filium Dei credendum jubet, quem is corporeis suis oculis coram se stantem, ut hominem, vidisset, quique secum ut homo loqueretur, & mox quoque ab eôdem cœcô ita edoctô, adorabatur: demùm, quâ ratione *Apostoli omnes Christum*, quem quidem *hominem tantùm*, *naturâ mortalem*, *esse credebant*, Joh. 1, 46. c. 20, 9. Luc. 24, 19. quôque mortuô omnem propterea spem resurrectionis ejus abjiciebant, Luc. 24, 20. 21. at eò tamen, quod ipsum pro in lege promisso Messiâ & Rege Israelis haberent, Joh. 1, 42. 46. 50. Filium Dei esse confitebantur: Joh. 1, 46. 50. 6, 69. Matth. 16, 16. *Christô* hanc eorum fidem non tantùm non improbante, sed *eo etiam propter hanc suam cognitionem, editamque talem confessionem, beatos prædicante*, imò, super hâc ipsorum confessione tùm Ecclesiam suam se firmiter ædificaturum esse prædicente, v. 17. 18. tùm eandem mox quoque reipsâ ædificante. Vide: Act. 2, 22. 36. 38. 41. 47. c. 3, 6. 22. 23. c. 4, 4. 10. 12. c. 5, 30. 31. c. 10, 38. &c. c. 17, 31. 1. Cor. 2, 2. 2. Cor. 13, 4. Heb. 4, 14. 15. c. 5, 7. 8. 9. 10.) partim, ex subjecto, quod est Jesus Christus, homo; de quo subjecto prædicatum seu adjunctum, Filius Dei, ita est intelligendum, prout natura subjecti permittit; partim, ex tota Jesu Christi seu Filii Dei, subsequente descriptione, eapropter additâ, ut, qualis Filius Dei hîc intelligatur, constaret; nimirum, qui natus est ex Maria Virgine, crucifixus, mortuus, resuscitatus, receptus in cœlos, sedens ad dextram Patris, & venturus ad judicandum vivos & mortuos: quæ omnia singularem & unigenitum, propriumq;

Dei

Filium indicant; partim denique ex eo, quod, si
ristus propterea inprimis Filius Dei credi & intelligi
uisset, quod paulò ante mundum conditum à Patre
latus & genitus fuisset, utper eum omnia crearen-
, & fierent; non tantum hîc, in antecedentibus
bis, soli Patri creatio mundi adscribi aut tribui,
rist usque Creatoris hujus Filius tantùm dici, mini-
debuisset, potuisseque: verùm etiam expressis ver-
hoc ipsum moneri opus fuisset; addique debuisset,
scilicet potissima reticendo, minoraque tantùm ad-
cendo, vel Scriptor ruditatis argui posset, vel occa-
potiora rejiciendi unquam daretur;) Christum pro-
reà Filium Dei vel inprimis esse, quod paulò ante
ndum conditum à Patre prolatus & genitus fuerit,
per eum mundus conderetur. Quemadmodum sci-
et omnes alii, generationem Christi ante mundum
nditum statuentes, idipsum in suis fidei Symbolis
confessionibus uno atque altero verbo monere &
dicare haut neglexêre, & præterea, idipsum mone-
necessarium quoque esse judicavêre. Tantùm verò
primo Traditionum genere, Symbolo scilicet nostro
ostolico, quod non tantùm nullam unquam pro
ualitate Filii cum Patre Traditionem esse potuisse o-
ndit, sed ne Filium quidem paulò ante mundum
nditum à Patre prolatum aut genitum esse permittit:
verò præterea, Traditiones illas, quæ Filium non
te mundi constitutionem extitisse docent, multò ve-
tiores & clariores illis Traditionibus esse probat,
ibus Filii Dei divinitas aut generatio ante secula (v.g.
anno Christi 269. à Petavio,) asseritur, asserique
test.

Veræ Traditiones Apostolicæ non tantùm solum Patrem summum Deum esse testantur, sed ne Filium quidem paulò ante mundum conditum à Patre genitum esse (prout primaplerorumque Christianorum à fide aberratio vult,) permittunt; imò &c. V. Reliqua pag. præced. in margine.

Alterum traditionum genus, idem illud probans,
quod sextæ rationis loco est, suppeditant nobis *Ar-*
nenita, circa annum Christi 180. viventes. De his
verò tum *Eusebius Hist. Eccl. lib. 5. c. 28.* ex antiquo Scri-
ore Ecclesiastico *refert*, *eos* (quos ita auctum descri-
, ut tàm in arte disputandi, quàm in scientiâ Theo-
gicâ, versatissimos fuisse appareat,) *Christum, & hominem tantùm* (ex Mariâ Virgine natum) *esse credi-
isse, & præterea* (NB.) *de hac sententiâ & fide suâ, nunquam antiquâ, ita gloriatos fuisse, ut majores omnes & Apostolos quoque ipsos, ita secum sensisse, & do-*

Vera Traditionis Apostolicæ vim tantùm solum Patrem summum Deum esse testantur, sed ne-

NB.

cuisse, fidenter asseruerint: tum *Theodoretus lib. 2. hær. fabul. cap. de Artemone*, eadem fere hunc in modum proponit: *Quidem*, inquit, *Artemon, quem nonnulli Artemam nominant, de universorum Deo idem quod nos sentiebat, eum esse dicens effectorem universi: Deminum autem Iesum Christum solum hominem esse dicebat, natum ex Virgine, Prophetis autem virtute præstantiorem. Hæc autem dicebat etiam Apostolos prædicasse, sacrarum Scripturarum sensum interpretans,*

NB.

qui illos autem consecuti sunt, Christum in Deos retulisse, cum non esset Deus. Hucusque Theodoretus, de Artemonis sententiâ & Traditione. Quæ Traditio, si ulla aliqua, autoritatem, claritatem, & robur, tum ex seipsâ, tum ex hucusque dictis, tùm ex dicendis adhuc, desumit. Nam citatus ab Eusebio Scriptor antiquus & Artemonitarum ætati suppar, dum refutare hos Artemonitarum sermones aggreditur, eos ipsemet non prorsùs pro falsis habet, sed sub conditione tantum; *verisimile alioquin posse concedens, nisi & Scripturæ divinæ reclamarent, & fratrum nonnullorum, ipsis Artemonitis antiquiorum, videlicet Iustini Martyris, Tatiani, Irenæi &c. scripta superessent, in quibus Christus Deus dicatur.* Contra verò, hoc nunc potiùs dicendum, Artemonitarumque Refutatori huic (qui, quod, refutaturus Artemonitas, neminem tamen Iustino Martyre antiquiorem citat, citareque potest, qui in scriptis suis Christo divinam naturam adscripserit, eumque Deum ante sæcula dixerit; eô ipsô verum esse relinquit, Artemonitarum sententiam de Christo, saltem ante Iustinum, in Ecclesiâ indè ab Apostolis, viguisse, posteaque demùm immutatam fuisse:) respondendum est: Quandoquidem primò Scripturæ divinæ, prout superiùs patuit, Artemonitarum sententiæ non tantùm non reclamant, sed & prorsùs adstipulantur; quandoquidem 2. nihil etiam huc facit, sive Iustini Martyris, aliorumque nonnullorum recentiorum, scripta Christum Deum esse dicant, sive non dicant, cum Apostoli aliquid sentire & docere potuerint, à quo Iustinus cum nonnullis aliis (quemadmodum etiam hic omninò factum esse, in initio fere hujus scripti monstratum est;) deinceps aberraverit: imò, quandoquidem 3. *eorum primi & antiquissimi*, adeòque Iustino Martyre,

Filium quidem, quasi ante mundum conditum à Patre genitum esse (prout prima pleraque Christianorum à fide aberratio vult,) permittunt: imò omnibus aliis Veterum, tam pro Filii divinitate, quàm pro ejusdem cum Patre æqualitate, allatis traditionibus, & antiquiores & certiores sunt: adeòque eas falsas prorsus fidasq; esse, clarissimè docent.

multò adhuc antiquiores *Apostolorum Discipuli Hierosolymitani, Nazarei* dicti, ceu quorum memorium se esse quondam nec Apostolus Paulus Act. 24. 14. diffitebatur, quique ab omnibus historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus, Ecclesiæque Doctoribus, (v. g. Eusebio, hist. Eccl. lib. 3. c. 5. & cap. 27. sub Ebionitarum aliorum nomine; Epiphanio, lib. 1. hær. 29. Hieronymo, Ep. 19. ad Augustinum; Augustino, lib. de hær. cap. 9. & 10. item lib. 19. cont. Faust. cap. 18. & Theodoreto, lib. 2. hær. fab. sub Ebionitarum aliorum, seu Symmachianorum, Nazaræorumque nomine; aliisque;) constanter *Christum*, Filium quidem Dei, non tamen Deum ante suam ex Virgine nativitatem; adeòque *hominem tantùm*, *quemadmodum ipse quoque Iacobus Apostolus*, secundum Traditionem Egesippi apud Eusebium, lib 2. c. 23. *confessi esse dicuntur*; & Hierosolymis tandem ob instantem urbis vastationem profecti; sub Minæorum nomine in Syria, ad Augustini usque tempora perdurasse traduntur; Legis Mosaicæ pariter observantissimi, & hinc propterea quoque à sequentibus Christianis pro hæreticis tandem habiti; & Pauli Apostoli, quemadmodum olim Act. 15, 1. 2. c. 21, 20. 21. 24. 27. 28. 29. adversarii acerrimi: quandoquidem, inquam, 3. hi omnium primi & veri Apostolorum Discipuli, Nazaræi, continuâ successione (prout modò monstratum est, & Baronius quoque sub anno Christi 74. §. 5. testatur,) usque ad hanc Artemonitarum prædicationem, & ampliùs, durârunt, adeoq; confessionem suam de Filio Dei, ut homine tantùm, indè ab Apostolis invariatam servarunt & propagârunt; non tantum verisimile, sed & necessarium est, quod Artemonitæ de Apostolorum sententiâ & doctrinâ, ad se usque propagatâ, duranteq;, publicè prodidêre.

Vera Traditiones Apostolicæ non tantùm solum Patrem summum Deum esse testantur, sed ne Filium quidem, paulò ante mundum conditum à Patre genitum esse (prout prima plerorumq; Christianorum à fide aberratio vult,) permittunt; imò &c. V. Reliqua pag. præc. in margine.

Sed & hæc nunc sufficiant, ad ostendendum, non tantùm nullam unquam Apostolicam pro æqualitate Filii cum Patre Traditionem esse potuisse, sed ne pro ipsa quidem Filii divinitate, etiam, ubi hæc longè adhuc infra Patris divinitatem ponitur, (quemadmodum à Justino & sequentibus aliis factum esse, superiùs monstratum est,) tàm antiquam, certam, aut claram superesse Traditionem, ut cum illis Traditionibus, quæ Filium Dei ante suam ex Maria Virgine per Spiritum

Sanctum generationem, non fuisse subsistentem, accent, comparari aut conferri queat. Undè necessa nunc sequitur, omnes & singulas, tàm pro divinit Filii, quàm pro ejusdem cum Patre æqualitate alla Traditiones, ceu recentiores, & non ab omnium p mis post Apostolorum obitum Christianis, sed potiu indè ab anno Christi 269. tantùm, neque etiam ex pu blico aliquo omnium Christianorum fidei Symbol desumptas derivatasq;, imò antiquioribus & certioribu Traditionibus repugnantes, fictas esse omninò & falsa.

Traditiones tam pro Filii divinitate, quàm pro ejus cum Patre æqualitate, allatæ, non tantùm veterum Apostolicarum Traditionum antiquitatem & certitudinem minimè attingere, sed & prorsus falsas fictasque esse: illustri demonstratis ejusmodi exemplo è Baronio petito, confirmatur, probatur, & observatur.

Nam & hoc adhuc consideratione hîc dignum est, nec Cæsarem Baronium, Annalium conditorem, multæ alioquin & magnæ lectionis Virum, ubi sub anno Christi 132. Annal. Eccl. eandem Trinitatis traditionem apud antiquissimos Christianos fuisse, probare vellet, hanc antiquiorem facere, altiusque ordiri potuisse, quàm Petavium: etiamsi Athanasio quoque Doctore & monstratore hîc fuerit usus. Nam postquam Lucianum quoque fidei Christianæ irrisorem, omni cæteroquin ope & auxilio destitutus, ad antiquitatem Traditioni suæ conciliandam, frustrà & falsò in subsidium advocasset, (quâ de re mox dicetur pluribus,) ad Athanasium tandem transit, & ait: *Unde S. Athanasius scribens ad Episcopos Africanos hæc ait: Priùs Episcopi abhinc annis centum & triginta, qui tùm Romæ, tùm in nostra Civitate Episcopatum gesserunt, accusaverunt eos, qui Filium Creaturàm dicerent, aut qui negarent eum consubstantialem Patri. Et licet de duobus intelligat Dionysiis, Romano & Alexandrino Episcopis, qui hocipsum egregiè præstiterunt: tamen nonnisi majorum exemplo, traditione atque doctrinâ, eos hæc operatos, nemo jure poterit dubitare.* Ex quibus Baronii verbis id nunc apparet, adeò eum hîc rationibus destitutum fuisse, ut, cum nullum duobus illis Dionysiis, circa annum Christi 269. viventibus, antiquiorem reperire posset Traditionis suæ auctorem, rem totam in medio quasi relinquere tandem, & cujusvis sive dubitationi, sive arbitrio, permittere coactus sit; frustrà & vanè divinans interim, majorum exemplum aut traditionem, quæ tamen nullà est, neque monstrari ab ipso potuit, Dionysios illos secutos esse. Imò, tantum abest, ut Baroniusaliquid pro Traditionis suæ antiquitate apud

Chri-

Christianos Scriptores reperire potuerit, ut nonnisi il-
lum Christianæ fidei irrisorem & hostem, Lucianum
licet Samosatenum, quemadmodum paulò antè in-
tarum est; & hunc quidem, antiquiorem primùm fa-
endo, quàm vel veritas, vel propria quoque confes-
opermittit, (ut scilicet hac ratione Traditio sua eò
tiquior videri posset,) & jactabundè nimis, in sce-
m tandem produxerit: acsi ex illo demùm patere
onficique Traditio posset. Nam sub anno 325. §. 70.
loquitur Baronius: *Hanc autem Traditionem planè*
Apostolicam, ut tres personas in una substantia, eam-
que unam substantiam in tribus personis distinctam
Catholica profiteatur Ecclesia, externi etiam & impii
audunt, fidemque faciunt, ut illud Luciani (in Philo-
patr. propè fin. quod suo loco diximus) dum, licet irridens,
Christianum ducit catechizantem Ethnicum, de tanto
mysterio sic paucis docens: Rogante Ethnico Christianum,
atque dicente: Quemnam igitur tibi jurabo? Trieyhon
respondit; Deum altè regnantem, magnum, æthereum,
atque æternum Filium Patris, & Spiritum Sanctum ex
Patre procedentem: Vnum ex tribus, & ex uno tria.
Hac tu Iovem puta: hunc Deum existima. Sic apud Lu-
cianum. Sed undè hæc blasphemo veritas, nisi ex iis, quæ
esse à Christianis, sive Apostolis, sive eorum Discipulis
utcpisset de fide Sanctissimæ Trinitatis, qua omnes, qui
crediturí essent, imbuebantur? ut vel uno hoc argumen-
to ex veteri traditione, atque adeò Apostolorum, depromp-
to, omnis impietas convicta prorsus remaneat, & ex-
tincta. Nam quomodo tres unum sunt, nisi in communi-
tatione substantiæ? & quonam pacto unum tres, nisi
in distinctione personarum? Ita enim Ecclesiam fideles
docuisse tempore Apostolorum, etiam (ut vides) Chri-
stianæ Religionis hostes affirmant. Hucusque Baronius.
In cujus verbis ecquis non jactantiam & temeritatem
hominis animadvertat, asserentis, & unum hunc Lu-
cianum ad Traditionem illam conficiendam sufficere,
& eundem quoque affirmare, Ecclesiam tempore A-
postolorum, Trinitatis doctrinam fideles docuisse?
Nimirum, id hîc totis viribus nunc agebat Baronius, ut
quod Nicæni Concilii Patres, de quibus agit, probare
non poterant, scilicet, vocem homousion seu consub-
stantialem, in Sacris Literis contineri; ipse Traditione
nunc

Traditiones tàm pro Filii divinitate, quàm pro ejus cum Patre æqualitate, allatas, non tantùm veterum Apostolicarum Traditionum antiquitatem & certitudinem minimè attingere, sed & prorsus falsas fictasque esse: illustri demùm falsitatis ejusmodi exemplo, è Baronio petito, confirmatur, probatur, & obsignatur.

nunc aliquâ, etiamsi emendicatâ prorsus, & precariâ & ab ipsis tandem fidei Christianæ hostibus petitâ, ratiocinis illius significationem & antiquissimam, & Apostolicam esse doceret, adeòque extremè hucusque laborantibus Patribus, & in re prorsus desperatâ, remedium aliquod novum opportunè inveniret. Verùm, quemadmodum Centuriatores Magdeburgenses, quos idem Baronius sub anno Christi 132. ob id Novatores appellat, in Centuria II. Decretales Pontificum Epistolas vel eo quoque nomine pro suppositiis habent quod quæstionem de Filii cum Patre æqualitate tractent, quæ tamen Arii tempore demum agitata sit, non verò seculo secundo post Christum; seu, ut Baronius loquitur, quod in iis Epistolis tàm distinctè Trinitatis unitas prædicetur; etiamsi Baronius contrà, propterea unum hunc Lucianum non novum esse censeat, doctrinam illam de unitate Trinitatis jam tum in Ecclesia viguisse: ita, suppositiitium & fictitium prorsus est, Lucianum tàm antiquum esse, quàm quidem eum Baronius hîc esse censet & supponit. Nam, ut fabulam suam eò rectiùs hîc agere posset Baronius, Peregrinum Philosophum, cujus coætaneus Lucianus ille Samosatensis fuit, ad annum Christi 75. refert: hinc verò & Lucianum hunc in tempora Trajani, Apostolique Johannis, colloçans, eundem, temporum Apostolorum testem allegare non veretur. Ait enim in loço citato sub anno Christi 325. (nam verba ejus, temeritatis & vanitatis plena, repetere nunc utile est:) 1. externos etiam & impios, nominatim verò Lucianum, prodere, fidemque facere, hanc suam traditionem *planè esse Apostolicam*, 2. blasphemum hunc Lucianum veritatem illam non aliundè habuisse, nisi ex iis, quæ ipse à Christianis, *sive Apostolis*, sive eorum discipulis, acceperat de fide Sanctissimæ Trinitatis. 3. hoc argumentum ex veteri traditione, *adeòque Apostolorum*, depromptum esse. 4. etiam Christianæ Religionis hostem Lucianum affirmare, Ecclesiam *tempore Apostolorum* ita fideles docuisse. Et sub anno 132. similiter ita loquitur. 5. *Antiquitùs* in cathechizandis fidelibus, mysterium Sanctissimæ Trinitatis Catechistas insinuare curasse, etiam gentiles Scriptores, ut impium Lucianum in Philopatre, testes esse. Hæc, inquam, toties Baronius

nobis ingeminat, adeò, ut si fides ejus hîc vacilla-
aut ruere deprehendatur, tota simul ei superstructa
les & machina, mysterii scilicet Baroniani fides ac
aditio, corruat. Age verò, hanc molem sive per a-
s, sive per ipsum etiam Baronium, destruamus, di-
amus, disjiciamus; ita, ut nec rudera, nec vestigia
ersint amplius! Destructorum primus oppidò se
bis offert Eusebius in Chronicis, qui Peregrinum
hilosophum, Luciani illius coætaneum, ait, rogo,
em ex ligno composuerat, incenso, semet superje-
sse, anno quinto imperii M. Antonini Veri, seu, anno
hristi 165. Lucianus verò, de quo agimus, in libello,
i titulus: De morte Peregrini; testatur, se inter-
isse spectaculo, cum in ignem se Proteus iste (id e-
im vocabuli sibi indiderat Peregrinus ille,) injiceret,
oc pacto gloriam aucupaturus. Destructores alii sint
hronologi & Critici hodierni, & inter hos Calvisius,
anno 104. de Luciano ita scribens: Vixit circa hoc
empus Lucianus, ut Suidas habet; quanquam si scri-
a ejus attendas, videtur 70. annis posterior. Hæc Cal-
isius. Sed destructorum validissimus, suique simul
mendator gravissimus, ipsemet esto Baronius, qui
ndem sub anno Christi 171. (sui tam speciosè olim
serti mysterii, extructæque Traditionis, nunc quasi
memor,) primò Lucianum in Pseudomante testem
at stragis M. Aurelii: hinc verò de eodem Luciano
equentia quoque addit: *Hunc Lucianum*, inquit, *cum*
nes affirment claruisse temporibus Trajani, tamen ad-
sque hæc tempora (scilicet ad annum Christi 171.)
rveniisse, atque adeò ea supergressum esse, ex ejus scri-
is liquidò constat. Itanè verò, Baroni, constat? &
uidem liquidò? Constat ergò nunc per teipsum quo-
que, mysterii tui testem Lucianum, vel toto seculo
emporibus Apostolorum fuisse posteriorem, adeòque
um de temporibus Apostolorum testari nullâ ratione
otuisse? & per consequens, Traditionem tuam de
ysterio tam antiquo, supposititiam esse, falsam esse,
abulam esse? Ita scilicet falsitas seipsam destruit, ve-
itatique tandem nolens volens cedit! Ita nec fictio,
ec fraus, ullumve mendacium adversus veritatem
andem proficit! Ita demùm antiquissima illa ac cer-
ior Ecclesiæ nostræ de Apostolica sua doctrina tradi-

tio,

Traditiones tàm pro Filii divinitate, quàm pro ejusdem cum Patre æqualitate allatas, non tantùm veram Apostolicarum Traditionum antiquitatem & certitudinem minimè attingere; sed & prorsus falsas fictasque esse: illustri demùm falsitatis ejusmodi exemplo è Baronio petito, confirmatur, probatur, & obsignatur.

tio, per Hierosolymitanos Apostolorum Discipulos Nazaræos evidenter confirmata, luce sua nunc radiat, omnesque fabularum tenebras dissipat, discutit, dispellit! Nam 170.mo & sequentibus annis, (ad quos nunc rectius Lucianum Baronius perveniisse scribit,) de Trinitate hominibus aliquid, per Justinum Martyrem, Athenagoram, Tatianum, Theophilum, & alios, jam innotuisse, nemo est, qui id Baronio non concesserit. At verò de antiquiori adhuc aliqua temporibusque Apostolorum viciniori Traditione, quæstio erat, quam nullam esse, neque dari posse, & ipsi tandem mendaciorum fabularumque architecti, prout visum nunc est, fateri cogentur. Stat ergo utrumque adductum Traditionis genus contra alia tum imaginarias & suppositicias, fictasque Traditiones: illique adeò sententiæ, quam in initio ferè hujus de Antiquorum sententiis verioribus scripti, de novâ inter Christianos novi Christi introductione, hujusque introductionis origine, verisimilem esse dixi, fidem nunc oppidò facit: & præterea quoque, cur omnes illi Scriptores antiqui, quos recensuimus, cum universâ antiquâ Ecclesiâ, Patrem semper majorem antiquioremque Filio esse statuerint, crediderintve, clarè exponit: scilicet, quod veritatem minus obtenebratam adhuc in oculis quasi, & in conspectu haberent, neq; ea per tantam contentiosorum hominum turbam potentiorumque vim, adeò adhuc oppressa jaceret: quemadmodum quidem postea per Concilia & intervenientes Principes factum est.

Sed desino scriptionis, Tertioque probationis Membro, è Traditione petito, finem nunc quoque facio, postquam scilicet per singulorum Auctorum scripta eundo, ad oculum monstravi, ne unum quidem Christianum integris duobus primis à nato Christo seculis, & quod excurrit, repertum fuisse, qui non solum Patrem Domini nostri Jesu Christi, pro summo Deo habuerit, agnoveritque; adeòque falsum prorsus, imò impossibile esse, dari Traditionem, quæ Apostolos diversum & contrarium sensisse docuisseque testetur. Id verò, juxtim cum prioribus duobus probationis membris, Normæ Reconciliatoris Christianorum hodiernorum exemplar nunc esse, jubeat Deus! Amen.

Auctor.

COROLLARIUM,

Lectoris de se, & Sectis hodiernis, earumque Reformatione, monita varia continens.

CUm sine dubio nosse desideres, Lector, quis sim, & quomodo Reformationem Christianismi præterea instituendam esse putem? Breviter habe: Me, nec Lutheranum, nec Calvinianum, nec Remonstrantem, nec Græcum, nec Pontificium, nec Socinianum, nec Mennonitam, nec ullum alium ex hodiernis Sectis esse hominem; sed, quoniam cum nullâ prorsus earum communico, omnes verò & singulas, secundum divinam Veritatem, cujus unius me alumnum esse profiteor, reformatas cupio tùm in doctrinâ, tùm in vitâ, ab omnibus potiùs odio haberi. Interim Ecclesiasticos conventus non prorsus averſor, neque Sectam Christianorum ullam; cum aliquid boni tamen apud singulas invenerim, adeòque per ipsas omnes profecerim: à Fratribus Bohæmis scilicet, & Lutheranis, accipiens Reformationis & libertatis Christianæ initium; à Calvinianis, primum Rationis usum in Theologia; à Remonstrantibus, progressum in libertate conscientiarum; à Græcis, veritatis antiquæ reliquias, cum Bibliis ipsis, & Patribus; à Pontificiis, operum bonorum necessitatem, cum Patribus nonnullis Latinis; à Socinianis, judicandi dexteritatem; à Mennonitis demùm, vitam Christi rectiùs quodammodò, non dicam explicatam, sed adumbratam. Imò, (ut mentem meam clariùs adhuc aperiam,) omnes quoque hodiernas Christianorum Sectas, sine ullo inter ipsas hîc facto discrimine, Ecclesias Christi esse profiteor: eò, quod omnes æqualiter in Christum credant, Christumque pro Filio Dei, (quomodocunque etiam intellectô: nam nec Philippi Apostoli, aut Nathanaëlis, fidem propterea mox rejecit Christus, etiamsi ipsum tantùm cum Judæis pro Filio Josephi, non verò secundum veritatem, pro genito per Spiritum Sanctum ex Maria Virgine, agnoscerent; Joh. 1, 46. quin potius fidem illam eorum acceptavit, v. 51. postquam se tantùm talem Filium Dei esse confessi fuerant, qui promissus ille

Rex

Rex Israëlis esset: v. 50. &, etiamsi hodiéque non
Apostolicam inter Christianos de Filio Dei vigere
tentiam, suprà, ubi de longè diversâ Petri omni
que Apostolorum confessione agebatur, monstrat
sit: hanc tamen, minimè fidem impedire, si cætera
se rectè habeant, eodem argumento meritò sem
colligimus & credimus:) Capite & Domino suo,
cipiant & habeant; adeòque eôipsô, & per han
Christum fidem, filii Dei membraque Christi fia
oleæque inserantur: prout sequentia loca clarè &
sertè idipsum docent & evincunt: Joh. 1, 12. 13. c.
16. 18. Marc. 16, 16. Rom. 10, 9. 10. 11. 13. c.
20. Act. 16, 31. Gal. 3, 26. 27. 28. 29. 1. Cor. 6,
c. 12, 13. 27. &c. Adde locum Matth. 16, 16. 18.
Christus super simplicem de se Petri confessionem,
eòque super simplicem in ipsum, ceu Dei Filium,
dem, Ecclesiam suam se ædificaturum esse promitti
eaque ratione Ecclesiam ex fide ejusmodi confier
constare docet. Undè porrò necessariò & invictè
quitur, quemvis Christianorum cœtum, qui Christ
pro Filio Dei, Capite & Domino suo habet & ag
scit, Ecclesiam esse Christi: adeòque, *omnes hodier
Christianorum Sectas, ita credentes*, non verò un
tantùm vel alteram, (quemadmodum quidem hac
nùs falsô, absurdè, & contradictoriè, ab alterâ con
alteram creditum est,) *Ecclesias Christi esse*. Quo t
men Ecclesiæ nomine non mòx sibi nimis placere, s
potissimùm ad pacem inter se, ceu membra, mutu
colendam servandamque excitari nunc tandem debe
Christiani; quandoquidem, etiamsi quoque se omn
ad nuptias Filii Dei invitatos esse sciant, nisi tamen ve
stem nuptialem habuerint, talentoque suo quicquam
lucrati fuerint, se juxtìm cum illo convivâ, Servoqu
inutili, Matth. 22, 11. 12. 13. c. 24, 48. 50. 51.
cap. 25, 30. nihilominùs in tenebras illas extimas
jectum iri, partemque cum incredulis habituros es
Luc. 12, 46. haut ignorent ignorareque possint. Co
Rom. 11, 20. 21. Et hæc, quo loco apud me Sect
sint hodiernæ, & quàm eas non rejiciam prorsus a
respuam, satis, ut puto, nunc indicant. At verò, quod
in omnibus penè istis hodiernorum Christianorum Se
bis, valdè hactenùs, imò extremè ferè, per sequio
tempo

…pora infirmatis & ſcandalizatis, nunc porrò ante …nia emendari poſtulo, poſtulatque per me, manifeſ…em quaſi ultimum Chriſtus Dominus, eſt: I. Ignoran…ia, multorum malorum, errorumque origo: Marc. …24. in ipſis hodieque Eccleſiarum Præſidibus, con…expreſſam Apoſtoli conſtitutionem, Tit. 1, 9. re…iunda; ceu, qui vanè tantum inter ſe contendunt & …adiantur, adverſarios verò ſuos convincere prorſus …ciunt, adeòque ſeſe eoipſò ad docendum ineptos …oſtendunt. II. Partium nimium ſtudium, aliorum… à ſe diverſorum, etiamſi nunquam adhuc erroris …victorum, imò, ne rectè quidem unquam audito…m, ſæpèque etiam longè meliùs ſentientium, fal…n quod à ſe diſſideant, præjudicata, improvida, & …a condemnatio: ceu quâ conſequenter ipſi quoque …oſtoli (proh, nefas!) cum univerſâ antiquiſſimâ Ec…ſiâ, prout ex libro hoc abundè nunc conſtare poteſt, …prudentiſſimè, imò ſtultè admodum, graviſſimo… errorum, ignoratique Dei & Chriſti, à ſequiori…s ſubſequentibus ſeculis rei hucuſque ſunt peracti, …aguntque. At (ut paululum hic adhuc excur…m,) non ita antiqui, præſertim moderatiores, agi vo…re. Nam Apoſtolus etiam diſſentientes in religione, …ipſi jubet, Rom. 14, 1. eoſque damnari vetat; verſ. …4. 10. 13. & præterea Eccleſiam Corinthiorum, in …à tamen factiones erant, 1 Cor. 1, 11. 12. c. 3, 3. 4. Ec…ſiam Dei, corpuſq; Chriſti, nominat: c. 1, 2. c. 12, …27. imò Eccleſias Galatiæ, etiamſi in fide graviſſi…è errantes, Gal. 1, 6. c. 3, 1. c. 5, 4. Eccleſias tamen …ocat, c. 1, 2. Deique per fidem Chriſti, filios, c. 3, …6. 27. & in Chriſti corpore exiſtentes. verſ. 28. Quid? …od Chriſtiani Hieroſolymitani ſub Jacobo, quorum …ulta millia fuêre, Act. 21, 20. etiamſi quoque zelo …is acceſſi adhuc fuerint, ibid. & vix Paulum ipſum …erare potuerint; verſ. 21. 22. 23. 24. cum Chriſtianis …ò ex gentibus ne cibum quidem capere voluerint, …2, 12. adeòque damnandam in Chriſtianis aliis ſi…m habuerint; Gal. 5, 2. 3. 4. nihilominùs pro fratri…s & Sanctis, adeòque pro Eccleſia Chriſti, habiti …erint? Vid. Act. 11, 22. c. 18, 22. Rom. 15, 25. 26. …Adde 3. Joh. v. 9. 10. ubi Eccleſia, etiamſi ſub Sche…nico Diotrephe fuerit, Eccleſia tamen manſit. Nu…

mirum, possunt aliqui pro Ecclesiis Christi haberi, (
ut paulò antè quoque monstratum est,) etiamsi non
tis sani sint sive in moribus, sive in fide, & propter
nobis etiam vitari vel possint vel debeant. Conf. Phil
15. 16. 17. 18. & 2. Thess. 3, 6. 14. 15. Porrò, si hi
riam Ecclesiasticam hâc de re consulamus, vide
iterum, Christianos ex Judæis, maximè Hierosoly
tanos, non tantùm pro Ecclesiis, sed etiam pro pr
puis & primariis inter Ecclesias Christianorum fu
habitos. Nam certum est, indè ab Apostolorum te
poribus usque ad Hierosolymorum vastationem
Adriano Cæsare, Christianorum Ecclesiam ex Jud
Christianis constitisse. *Constitit enim*, inquit Euseb
hist. Eccl. lib. 4. cap. 5. ex Scriptoribus illius tempo
istorum (Scriptorum) *judicio tunc* (temporibus Adr
ni) *omnis Ecclesia ex fidelibus Hebræis, qui indè ab*
postolis ad eam usque vastationem durarunt. Et Sul
tius lib. 2. sacr. hist. *Quia*, inquit, *Christiani ex Iud*
potissimùm putabantur (*namque tum Hierosolymæ*
nisi ex circumcisione habebat Ecclesia Sacerdotem,
Episcopum) *militum cohortem custodias in perpetuum*
gitare jussit (Adrianus,) *quæ Iudæos omnes Hierosoly*
aditu arceret. Quod quidem Christianæ fidei proficieb
quia tum penè omnes Christum Deum, sub legis obser
tione credebant. Nimirum id Domino ordinante disp
tum, ut legis servitus à libertate fidei atque Eccl
tolleretur. Ita tum primum Marcus ex gentibus apud H
rosolymam Episcopus fuit. Epiphanius demùm in hæ
si 70. [illegible], quæ est Audianorum, *Ostendere*, inquit,
luêre Apostoli, eos qui à circumcisione in Ecclesiam tr
gressi sunt, principes esse post illud tempus. (Ubi ve
tunc Primatus Ecclesiæ Romanæ? Ubi conficta Se
illa, seu Cathedra Petri? Quem omninò omnium a
quissimus fideque dignissimus Clemens Romanu
suâ ad Corinthios epistolâ Romæ fuisse ignoravit; e
dem alioquin unà cum Pauli sive commemorata p
dicatione ibidem, sive subjunctâ morte, necessariò co
memoraturus & conjuncturus? Sed hæc obiter.)
mox: *Simul*, inquit Epiphanius idem, *quindecim E*
scopi fuerunt ex circumcisione, & oportebat tunc Epi
pis ex circumcisione existentibus, in Hierusalem consti
NB. *tis, omnem mundum assentiri, & cum ipsis perficere.*

his igitur citatorum Auctorum verbis satis nunc pa-
, Christianos Hierosolymitanos etiam post Aposto-
um tempora, pro Ecclesiâ Christi, eâque primariâ,
rore de legis observatione non obstante, habitos fuis-
Et hocipsum Ecclesias quoque tempore Justini Mar-
is quodammodo adhuc observasse apparet. Nam
amsi eo tempore (postquam scilicet Christiani Hie-
solymitani, indè à vastatione sub Adriano, à reliquis
hristianis, in ipsorum locum & dignitatem succeden-
us, contemni inciperent,) jam fuerint, qui cum e-
modi Christianis ex Judæis, ceu legem adhuc obser-
ntibus, & hinc mox pro hæreticis quoque habitis, ne-
e consuetudinis, neque hospitii communionem (pro-
citatus Justinus Martyr in Dial. cum Tryphone, mi-
pag. 266. loquitur,) habere auderent: *hos* tamen
stinus se non collaudare ait; & porrò, *eosdem istos ex*
daeis Christianos, si modò cum reliquis Christianis
vere velint, eisque non suadeant pariter secum cir-
mcidi, ac sabbata agere, aliaque ejuscemodi exequi,
cipiendos, & ad communionem rerum omnium, ut fra-
, eorundemque viscerum homines admittendos esse
set. Sed hæc nunc sufficiant, ad ostendendum, nec
e Apostolorum tempore, neque toto primo seculo,
quod usque ad Justinum Martyrem excurrit, dissi-
ntes in religione Christianos, fuisse condemnatos,
d pro Ecclesiâ quoque Christi habitos. Id quod ex
nnium quoque antiquissimorum Ecclesiæ Doctorum
ypothesibus, unicum Ecclesiæ fundamentum, Chri-
um, editamque à Petro Matth. 16, 16. fidei confes-
onem, esse mecum statuentium, facilè, nisi hîc ran-
em abrumpere, & ad tertium in hodiernis Sectis emen-
ndum properare cogeremur, probari posset. III. Ava-
ia. Eph. 5, 3. in thesaurizatione, id est, desiderio aut
ossessione thesaurorum, seu earum rerum, quæ ne-
essarium & quotidianum victum & amictum transcen-
unt, inque multos tantùm annos, inutili Ethnicâque
licitudine, (& ne quid fortè aut honoris aut opum
quando desit,) reponuntur & asservantur, & vel aliis
edem, satis alioquin jam habentibus, aut habituris
amen, relinquuntur; sub Novo Fœdere consistens.
V. Matth. 6, 19. 21. 25. 34. Luc. 12, 15. 19. 20. 22. 29.
30. 1. Tim. 6, 8. 9. 10. Heb. 13, 5. IV. Superbia, Matth.

23, 12. in eo ſub Novo Fœdere conſiſtens, ubi
contra Chriſti prohibitionem, aliis ſuis æqualibus
fratribus ſuperior eſſe videriique deſiderat, adeòque
ipſâ, puta, vel amictu ſplendido victúque copioſio
lautò (Matth. 23, 5. Luc. 16, 19. Jac. 5, 5.) vel op
congeſtione, ornamentis domûs, aut famulitiô, (
4, 13. 16. 5, 2. 3.) vel titulis, ſeſſioneque honora
re, (Matth. 23, 6. 7. 8. 20, 21. Luc. 14, 8. 9. Jac
3. 6.) vel demùm principatu ipſô, (Matth. 20, 21.
26. 27. 28. 1. Pet. 5, 3.) ſeſe fratribus auguſtiore
ſuperiorem, eminentioremque facit, facereque ge
Matth. 23, 8. V. Negligentia proficiendi in mel
Matth. 13, 12. 19. 22. VI. Veritatis oblatæ contemp
Act. 13, 46. deque præconceptæ ſuæ ſententiæ cert
dine & veritate nimia perſuaſio. Joh. 8, 53. Act.
11. VII. Defectus diſciplinæ Eccleſiaſticæ, Apoſto
co-Chriſtianæ. 1. Cor. 5, 2. 6. 7. 11. VIII. Mix
regni Chriſti ſpiritualis cum mundano; gladiique u
Matth. 20, 21. 25. 26. 26, 52. Luc. 9, 55. 56. Joh
15. 18, 36. Rom. 12, 2. olim quoque ab univerſâ
morum duorum ſeculorum Eccleſiâ (prout id ex o
nibus iſtius temporis Scriptoribus Chriſtianis & Pa
bus; Ignatio ſcilicet, Polycarpo, Juſtino Martyre,
thenagorâ, Theophilo, Tatiano, Irenæo, Tertul
no, Clemente Alexandrino, Origene, Cypriano, L
ctantio, aliiſq;, ſuo tempore clariſſimè itidem prob
tur,) in Chriſtianis adeò improbatô & damnatô, ut
ſtinus Martyr in Apol. II. pro Chriſtianis, & Ter
lianus in Apologet. cap. 21. & 46. & lib. de Idol
cap. 17. & 18. denique lib. de coron. milit. cap. 1. &
nonnullos quoque, qui contrarium facerent, ab Ec
ſiis propterea non ampliùs pro Chriſtianis habitos
teſtentur: videanturque illi *Nicæni Patres*, qui Sy
bolum, Nicænum dictum, condidêre, quique (
rante Eutychio Patriarchâ Alexandrino, apud Ioh
nem Seldenum, in Eutychii iſtius Origines Ecc
ſuæ commentantem,) *Conſtantinum M. Imperator*
ſe totum cum Imperio ſuo ipſis in Concilio com
tentem, gladiumque ſimul tradentem, *gladiô ad*
feſſionem fidei iterum cinxêre, primi Diſciplinæ
Chriſtianæ violatores & corruptores, novatque a
prout fidei, ita & diſciplinæ, conditores fuiſſe: illud
tio

…ssimorum Christianorum apud Tertullianum:
…ologet. c. 21. *Sed & Cæsares credidissent super Chri-*
…s, aut Cæsares non essent sæculo necessarii, aut si &
…stiani potuissent esse Cæsares; non ampliùs atten-
…dentes, sed ne cruci & persecutioni subjacere impo-
…rum cogerentur, unâ quasi liturâ delentes & anti-
…ntes, ipsisque adeò Episcopis, ut utrumque gla-
…m sibi quoque tandem vendicarent, occasionem
…bentes. IX. Odium & persecutio aliorum, Gal. 4.
…adeò à Christianismo abhorrens, ut judice Christo,
…c. 9. 55. 56. Ecclesiâque veteri apud Tertullianum &
…os, eundem in merum Ethnicismum aut Iudaismum
…vertat; imò Ecclesiam Christi, quæ ovicularum na-
…ram habere debet, in lupos rapacissimos tandem
…nsformare videatur. Conf. Matth. 7. 6. 15. Ne ta-
…en Christiani eâ se ampliùs in trucidandis sive aliâ ra-
…ne lædendis hominibus excusent, quod, quicquid
…ant, religionis & conscientiæ suæ impulsu faciant,
…oque facere teneantur, hoc illis nunc informationis
…responsi do: 1. Non satis esse, dicere: se à con-
…entiâ suâ ita edoceri. Nam, quid? si conscientia tua
…on rectè sit informata? tu verò tam malè interim a-
…, ut cum illo proselyto Matth. 23. 15. filius gehen-
…e fias? Nam non omnem ignorantiam excusare, præ-
…rim ubi malè agitur, ex Luc. 12. 48. clarissimè con-
…. Itaque 2. cum vix fieri possit, ut tu inter malum
…bonum quàm accuratissimè semper discernas, hoc
…nsilii, quod penè Gamalielis est, Act. 5. 33. 34. 35. 38.
…tibi suppedito, ut, si quâ in re te alteri nocituram
…esse videas, audiasve, pedem à malefacto mox retra-
…as, & conscientiam tunc potiùs tuam in dubium vo-
…es, eamque pro non rectè informatâ interim habeas,
…nec rem forte plenissimè, nemineque ampliùs erudi-
…rum hominum vel contradicente, vel contradicere
…lente, (nam, ut malè agere possis, alterutro horum
…us esse puta, vel ut nemo ampliùs inter homines sit
…amaliel, qui tibi contradicat, factumque tuum impro-
…, vel ut omnes tales Gamalieles argumentis & ratio-
…ibus tuis, ex manifestâ & utrinque concessâ veritate NB.
…eritis, jam ita sint constricti & convicti, ut quod tibi
…spondeant, non ampliùs habeant, sed semper à te
…nvicti & pudefacti abeant. Hi enim duo tantùm,

quod benè notes velim, veræ certitudinis inter hom-
nes sunt modi: quam nisi habueris, prout quidem
rarissimè quoque haberi potest, tantum abest, ut du
alios sive persequeris, sive ullâ aliâ ratione lædi
conscientiæ tuæ satisfacias, ut eandem potiùs insig
ter lædas & vulneres; suo tempore scilicet evigilatura
teque ipsum pleniùs accusaturam. Conf. Sap. 5, 1.
3. 4. 5. 6. &c.) perspexeris, quàm ut malefaciendo p
gas, conscientiæque tuæ, malè fortè informatæ, ob
quâre. Quid enim, quæso, Gamalielis consilium Sy
edrio Hierosolymitano, de Apostolis interficien
consultanti, nocuit, aut nocere potuit; dum senten
suæ non mox obsecutum est, sed pedem à maleficio
traxit, sententiamque suam, ceu dubiam adhuc, rel
quit? & annon idipsum profuit magis? Quocirca
quemadmodum Synedrium istud benè monenti obtem
perauit, eique assensum est: ita & tu assentiri ne du
ta, iramque Dei hâc ratione multoties, si non & se
per, effugies. Cæterum in benefaciendo accuratio
hac opus non est, sed conscientiam tuam hîc intrep
sequi potes. Nam etiamsi quoque in benefactis m
dum excederes, (quod tamen admodum rarum est
nunquam tamen propterea, si simplici animo id faci
punieris. Sed hæc iterum obiter quasi, at fortè non
utiliter. X. Persecutionis propter veritatem metu
Ioh. 11, 47. 48. & Crucis paupertatisque Christi av
satio: Luc. 14, 33. adeòq; fiduciæ in Deo, fideiq; v
ræ defectus. Heb. 11, 6. Et hæc nunc quoque inter
sunt mala illa, quæ inprimis post mutuò sibi imputa
hæreses, factamque aliarum ab aliis secessionem, v
latamque adeò pacem Ecclesiasticam, omnes penè
universum Sectas invasêre, quæque errorum suor
singulas nunc admonere possunt, easque ad mutu
conciliationem & conjunctionem adigere debent. N
ne hæc vel illa Secta, ob imaginariam doctrinæ suæ
antiquitatem sive infallibilitatem, sibi prærogativ
aliquam præ aliis tribuere, iisque eo nomine domi
adhuc velle pergat, ecce, omnes in universum Se
hîc nunc in variis, ab antiquâ illâ veritatis semitâ ab
se, & à primorum Christianorum primævæque Ecc
siæ sententiâ, doctrinâque, imò moribus & discipl
penitùs defecisse & degenerasse ostensum est! Q

...gò? An magis nos nunc adhuc pudebit, errores no-
...os, tam clarè nobis ostensos, fateri aut emendare,
...am coram tribunali Christi aliquando verè pudefie-
... Non ita! Quin potiùs tabulas naufragii disjectas
...lligamus, ad pacem, à quâ violatâ errores fluxêre,
...spiremus, mutuamque aliorum opem imploremus,
... nos tandem invicem citra violentiam suetaque con-
...ia ædificemus. Patiamur nos moneri, ut & Deus
...s in regnum suum aliquando ingredi patiatur. Præ-
...tim cum paucula adhuc sint, quæ à singulis Sectis
...ienda restant. Nam quæ porrò à singulis istis Chri-
...anæ professionis cœtibus & Sectis, ut pax Ecclesiasti-
...in integrum restituatur, animique variis ambagibus
...gyris multùm hactenùs à se invicem alienati unian-
... & coalescant, desiderari videntur, & à me nunc
...oque desiderantur, hæc sunt, (eaque à plurium vo-
..., cœptis & institutis minimè aliena, imò, viam sa-
... compendiosam & brevem ad pacem obtinendam
...ntinentia:) Vellem scilicet, I. Lutheranos progredi
... subsistere, (ob Matth. 13, 12.) quin potiùs cum
...lvinianis, pacem illis & fraternitatem piè satis huc-
...que offerentibus, transigere, seseque cum illis con-
...ngere. Quo nomine expendi ab ipsis velim loca se-
...entia: Matth. 5, 23. 24. 25. 26. & Rom. 15, 5. 6. 7.
Vellem II. Calvinianos cum Remonstrantibus, ceu fra-
...es cum fratribus, idem facere, (ob Rom. 14, 10.)
... III. hos cum Socinianis, (in Euangelio, conscientia-
...mque promovendâ sive salute sive libertate, perindè
...que illi certantibus,) similiter. Quibus propterea A-
...stoli, in simili causâ, non parvi faciendas preces,
...l. 4, 2, 3. meritò commendo. Vellem 4. Pontifi-
...s, (quibus, ne in retractandis dogmatibus suis, præ-
... & contra Scripturam excogitatis, nunc etiam diffi-
...es esse pergant, ob suam in illis, vi propagandis, a-
...orumque, multùm licet reluctantium, rogantium, &
...testantium, conscientiis obtrudendis, contumaciam,
...minitus tandem immissa flagella & castigationes, easq;
...plices aut quadruplices, tribus hisce ultimis seculis or-
...ne sese consequentes, & solemnes, meritò iterum ob
...ulos pono. Hæ verò castigationes iis immissæ sunt:
... tertiò abhinc retroactò seculò, per contemptissimum
...um Hussitarum manipulum, toties, nec sine mira-

 culo,

culo, instructissimo, numerosissimoque Ligæ Pontificiæ Exercitui subitum terrorem incutientem, in fugam pudendam agentem, clademque inferentem, imò, quod miraculum hîc auget, semper quoque victorem; & hinc Basileense Concilium ad denegatum hactenus, imò per summum nefas ablatum populo Christiano Calicis usum, solemniter iterum concedendum restituendumque, tandem adigentem. 2. Superiori seculo, per Lutheranos, ab avita religione Pontificia juxtim cum Zwinglianis & Calvinianis passim desciscentes, reformationemque latè patentem instituentes; hinc verò rebus ipsorum in Imperio valde iterum accisis, adeò ut Ducibus ipsorum captis, exercituque dissipato, arbitrio Cæsaris Conciliique Tridentini prorsùs jam subjecti viderentur, deque religionis libertate conclamatum quasi nunc esset, per insperatas Mauritii Saxoniæ Electoris copias, Concilium quoque ipsum dissipantes, pacem Passaviensem Religionisque libertatem ab Cæsare rursum extorquentes & obtinentes. 3. Hoc ipso seculo, per Suecicum Exercitum, rebus Protestantium extremè denuò periclitantibus supervenientem, & Pontificios, bona Ecclesiastica ab Euangelicis vi repetentes, libertatemque Religionis rursum opprimere satagentes, non tantùm ad pacem Monasterii cum Protestantibus ineundam, Religionisque libertatem, vigore Transactionis Passaviensis, iisdem juxtim cum bonis Ecclesiasticis, sartam rectam relinquendam, sed & ad plura insuper iis concedenda, ceu ad quod faciendum & victricia Belgii Confœderati arma Hispanum Regem eodem tempore compulerant, adigentem.) Vellem, inquam, Pontificios, ita à Deo ipso admonitos & castigatos, transigere primùm cum Græcis, (quos ob antiquitatem suam, primis ex Judæis Christianis, adversus alios suos fratres murmurantibus, Act. 6, 1. & unà cum illis, traditiones suas aliis, noviter plantatis, libertatemque ab istiusmodi traditionibus professis, Ecclesiis Christianis, pertinaciùs obtrudentibus, Act. 15, 1. 2. Gal. 2, 12. non malè hîc comparaveris;) & hinc cum Lutheranis, Calvinianis, Remonstrantibus, & Socinianis: ceu recentiùs quidem exortis Sectis, sed tamen sub ipsâ quasi protectione Dei, idque ad corporis Christi redintegrationem, admissis & toleratis, & propter

propterea ſo invicem quoque neceſſariò nunc toleratu-
ri, cumq; ipſis Pontificiis & Græcis, ut unum tandem
corpus in Chriſto fiant, (ob Gal. 3, 28.) ſeſe perfectu-
ros. Vellem demum V. eoſdem Pontificios ita reforma-
tos, aliiſque unitos, ad Mennonitarum profeſſionem,
ut nova creatura fieri pergant, propiùs accedere, (ob
Gal. 6, 15.) hiſque econtra, ceu qui in multis adhuc
edocendi ſunt quoque, & perficiendi, ſuam eruditio-
nem, ſuaque dona, monente Petro, 1 Pet. 4, 10. e-
largiri & communicare. Ita ſcilicet exoptata inter Chri-
ſtianos pax aliquando conciliari, vitaque Chriſtiana in
mundum reduci poſſet: Deò illa, quæ ad corporis
Chriſti perfectionem adhuc deſunt, ſenſim, prout ſpe-
ramus, ſuppleturò; quandoquidem vel in hoc ipſo
ſcripto clariſſimum nunc habeant Exemplum Chriſtia-
ni, per quod tùm errores ſuos agnoſcere, tùm inter ſe
invicem efficaciſſimè conciliari poſſint. Sin id facere
abnuerint Sectæ, & particulares potiùs homines, quàm
acceptam ab omnibus hominibus veritatem, quæ ſcili-
cet mille Lutheris, Caluinis, Papis, Arminiis, Soci-
nis, Mennonibus, quin & Conciliis omnibus, potior
eſt ſemper, ſectari, adeòque Sectarii manere, malue-
rint: ſciant, ſe diviſi Chriſti reos eſſe & manere, 1 Cor.
1, 13. carnaleſque eſſe, cap. 3, 3. adeòque judicium
Dei effugere nullo modo poſſe: Gal. 5, 20. 21. imò,
jam in hoc mundo ad veritatis tribunal citari, ibidem-
que cauſâ ſuâ prorſus cadere, ignominiâque, nonniſi
feriâ actâ pœnitentiâ eluendâ, notari. 2 Tim. 3, 7. 8. 9.
Hîc mihi, ſcio, ita regeres: Te verò, quid interim
fiet, dum Eccleſia nulla eſt, cui te adjungere aut poſſis
aut velis? etiamſi quoque te clariſſimam habere verita-
tem & cognitionem darem? Nullius ergò Eccleſiæ eris
membrum, adeòque nec corpori Chriſti inſertus? Re-
ſpondeo: An Elias Deo minùs erat acceptus, quod ſe
Iſraëlitis Idololatris, Baalemque colentibus, in publicis
cœtibus non adjungeret, ſed hinc indè tantùm oberra-
ret, idololatraſq; objurgaret? An Joannes Baptiſta in
deſerto ſolitarius vivens, nec communione aliorum Ju-
dæorum utens, propterea improbatus fuit? Scilicet, ubi
uterque hic Elias officio tantùm ſuo in populo Dei re-
formando functus eſt, etiamſi publicos cœtus non fre-
quentaret, Deo tamen eximiè placuit, inſertuſque ei-

dem manſit. Sed præterea, habuit tamen Deus & horum Eliarum tempore ſuos aliquos, quibuſcum peculiare corpus aliquod illi conſtituerunt, conjunctique in veritate & fide verâ manſerunt? Habet & hodierno tempore vel inter ipſas Sectas Deus nonnullos, qui abominationes fugiunt, reformationemque aliquam populi Chriſtiani exoptant, expectant, & urgent? quibuſcum corda & animos ſociare, (ſi aliter nequeas,) reliquorum verò congregationes non prorſùs deſerere, imò, ut iiſdem rectiùs aliquando intereſſe poſſis, eas emendatas exoptare, eſt corpus Chriſti conſtituere, eidemque inſertum eſſe. Et proindè, ſi ex me porrò quæſieris, Lector, ecquis tandem ſim? confitebor & dicam cum Iohanne Chriſti præcurſore, (nonnullis tantum additis:) Non ſum Elias, neque Prophetarum quiſquam, neque Chriſtus; ſed ſum Chriſtianus, Chriſtique Diſcipulus, ingemiſcens & ſuſpirans ob caſum populi Chriſtiani, eumque, ut reſipiſcat, elata hujus Scripti voce inclamans. Ita te nunc iterum dimitto, Lector, & quæ præterea tecum communicanda eſſent, in aliud tempus reſervo. Vale, veritatemque ama, & ſedulò ſectare: imò veritatis auctorem & largitorem Deum, prout decet, venerare.

FINIS.

INDEX

PARVA BIBLIA,
seu
INDEX LOCORUM SCRIPTURÆ,

in hoc libro citatorum, integréque, ut Lectori mox præstò sint, exscriptorum: secundum versionem Tremellii in Veteri Testamento, & Bezæ in Novo. Ubi notandum, Veteres Ecclesiæ Doctores à nobis citatos, quia versione 70. Interp. usi sunt, nonnulla loca paulò aliter allegasse: prout locus Prov. 8, 22. idipsum inprimis docere poterit.

GEN. 1, 3. *Tum dixit Deus, esto lux: & fuit lux.* Gen. 1.
pag. 49. 52. *Vers.* 26. *Postea dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum*
similitudinem nostram. &c. p. 51. *Cap.* 3, 8. *Deinde au-* 3.
diverunt vocem Iehovæ Dei, itantem per hortum ipsum,
ad ventum illius diei. Cap. 19, 24. *Iehova demisit super* 19.
Sedomum & super Hamoram, pluviam sulphuris & ig-
nis; à Iehova è cælis. p. 36. 43. 66. EXOD. 3, 2. *Tunc* Exod. 3.
apparuit Angelus Iehovæ ei in flamma ignis è medio cu-
jusdam rubi. &c. p. 33 53. *Vers.* 4. *Videns autem Iehova, ipsum divertere ad aspiciendum, inclamavit eum*
Deus è medio illius rubi, dicens, Mosche, Mosche, qui di-
xit, ecce me. p. 33. 53 *Vers.* 6. *Deinde dixit, Ego (sum)*
Deus Patris tui, Deus Abrahami, Deus Isaaci, & Deus Iacobi: abscondit verò Mosche faciem suam, quia ti-
mebat ne intueretur Deum. p. 33. 35. *Cap.* 33, 20. *At* 33.
non posses, inquit, videre faciem meam, quia non potest
me homo videre, & vivere. p. 47. 53. DEUT. Deut. 18.
18, 25. *Prophetam è medio tui è fratribus tuis, sicut ego*
(sum,) suscitabit tibi Iehova Deus tuus; ei auscultate.
p. 11. PSALM. 2, 7. *Decretum enarraturus sum: Iehova* Psal. 2.
dixit mihi, filius meus es, ego hodiè genui te. p. 50. PS.
8, 6. *Minorem quidem fecisti eum paulisper Angelis: sed* 8.
gloriâ & majestate coronasti eum. p. 51. PS. 33, 9. *Nam* 33.
ipso dicente est (quicquid est:) ipso præcipiente exi-
stit. p. 43. 46. PS. 45, 2. *Ebullit animus meus verbum bo-* 45.
num; dicturus sum ego poëmata mea de rege, lingua mea
(&) stylo, (ut) scriba promptus. p. 49. *Vers.* 7. *Solium*
tuum, ô Deus, in seculum & sempiternum; sceptrum re-

ctum

ſtum (eſt) ſceptrum regni tui. p. 10. V. 8. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti improbitatem, propterea unxit te (ô) Deus, Deus tuus oleo gaudii præ conſortibus tuis. p. 10.

110. PS. 110, 3. Populi tui oblationes voluntariæ die copiarum tuarum in decoris (locis) ſanctitatis inde ab utero; (futuræ ſunt;) tibi (aderit) ros juventæ tuæ accuratiſſima.

Prov. 8. p. 50. PROV. 8, 22. Iehova poſſidebat me principio viæ ſuæ: ante opera ſua, ante ullum tempus. p. 36. 38. 47. 49. bis. 50. 54. 66. V. 27. Quum aptaret cælos, ibi eram; quum ſtatueret ambitum in ſuperficie abyſſi. p. 40.

Eſ. 9. 49. bis. ES. 9, 6. (Sed) quum puer natus fuerit nobis, filius datus nobis, cujus humero adſit principatus ipſe; cujus nomen vocat (Iehova) admirabilem; conſiliarium, (Deum) fortem robuſtiſſimum, Patrem æternitatis, principem pacis. p. 10. IEREM. 23, 5. Ecce dies venturi ſunt, dictum Iehovæ, quibus excitabo Davidi germen juſtum: qui regnabit rex, ſecundabiturque, ac exercebit jus & juſtitiam in terra. p. 9. V. 6. Diebus ejus ſervabitur Iuda, & Iſrael habitabit ſecurè: atque hoc nomen ejus eſt: quo vocabit eum (Iſrael) ô Iehova juſtitia noſtra. p. 9. C. 30, 9. Sed ſervient Iehovæ Deo ſuo, & Davidi, Regi ſuo, quem excitabo ipſis. p. 11. bis. 31.

Ezech. 34. EZECH. 34, 23. Nam excitabo eis Paſtorem unum qui paſcat eos, ſervum meum Davidem: ipſe paſcet eos, & ipſe erit eis Paſtor. p. 31. V. 24. Ego verò Iehova ero eis Deus, & Servus meus David Princeps in medio eorum.

Mich. 5. Ego Iehova elocutus ſum. p. 31. MICH. 5, 2. At tu Bethlehem Ephratæ, minima ut ſis in ducibus Iudæ, ex te mihi prodibit futurus Dominator in Iſraele: cujus exortus (egreſſiones) inde à principio, à diebus ſeculi (ſunt.)

Sap. 5. p. 10. 11. SAP. 5, 1. Tunc ſtabit confidentia magna juſtus in conſpectu eorum, qui afflixerint ipſum, & qui abjecerint labores ipſius. p. 86. V. 2. Videntes turbabuntur timore gravi, & ſtupefient propter ſalutem inopinatam eorum. p. 16. V. 3. Dicentque apud ſeipſos reſipiſcentes, dicent (inquam) gementes propter anguſtiam Spiritus, hic erat quem habebamus quondam ludibrio & communi probro. p. 86. V. 4. Stulti vitam ejus æſtimabamus furorem, & finem ejus ignominioſum: p. 86. V. 5. Quomodo relatus eſt in filios Dei, & in Sanctis (eſt) ſors illius? p. 86. V. 6. Plane erravimus à via veritatis, juſtitiæ luce non lucente nobis, & ſole juſtitiæ non exorto nobis.

vobis. p. 86. V. 7. *Iniquitatis & perditionis callibus expleti sumus, & perambulavimus deserta avia; viam autem Domini non cognovimus. p. 86. V. 8. Quid juvit nos superbia? & quid divitiæ cum gloriatione contulerunt nobis? p. 86. V. 9. Præterierunt illa omnia tanquam umbra, & tanquam nuncius prætercurrens. p. 86. V. 13. Ita etiam nos nati defecimus. p. 86. V. 14. Ac virtutis quidem signum nullum valuimus ostendere; sed in malitia nostra plane absumpti sumus. p. 86.* MATTH. 5, 23. *Igitur si munus tuum attuleris ad altare, & illic memineris, fratrem tuum habere aliquid contra te. p. 87. V. 24. Omitte illic munus tuum coram altari, & abi: primum reconciliator fratri tuo, & tunc ubi veneris offer munus tuum. p. 87. V. 25. Esto amicus adversario tuo cito: dum es in via cum eo: ne quando te tradat adversarius judici, & judex te tradat ministro, & in custodiam conjiciaris: p. 87. V. 26. Amen dico tibi, nequaquam exibis illinc, usquedum reddideris ultimum quadrantem. p. 87. C. 6, 19. Ne thesauros recondite in terra: ubi tinea & eroſio corrumpit, & ubi fures perfodiunt ac furantur. p. 83. V. 21. Nam ubi est thesaurus vester, illic erit etiam cor vestrum. p. 83. C. 7, 6. Ne date sanctum canibus, nec projicite margaritas vestras coram porcis: nequando conculcent eas pedibus suis, & conversi lacerent vos. p. 85. V. 15. Cavete verò vobis à Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. p. 85. C. 13, 12. Quisquis enim habet, dabitur ei, & amplius habebit: quisquis autem non habet, etiam quod habet tolletur ab eo. p. 84. 87. V. 19. Quoties quispiam audit sermonem de regno illo, & non attendit, venit ille Malus, & rapit quod sarum est in corde ipsius, is est qui secundum viam semen accepit. p. 84. V. 22. Qui verò in spinas semen excepit, is est, qui sermonem audit: sed sollicitudo seculi hujus, & fallacia divitiarum suffocat sermonem, qui sit fructus expers. p. 84. C. 16, 16. Respondens verò Simon Petrus dixit, Tu es Christus, Filius ille Dei viventis. p. 70. 80. 83. V. 17. Tunc respondens Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & sanguis (hæc) non retexit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. p. 70. V. 18. Sed & ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo meam Ecclesiam, & portæ inferorum non superabunt*

Matth. 5.

6.

7.

13.

16.

20. eam. p. 70. 80. C. 20, 21. *Ipse verò dixit ei, Quid vis? Ait ei, Dic. ut sedeant isti duo filii mei unus ad dextram tuam & alter ad sinistram, in regno tuo.* p. 80. ter. *V.* 25. *Iesus autem cum eos advocasset, ait, Scitis principes gentium in eas dominari, & magnates potestatem exercere in eas.* p. 84. bis. *V.* 26. *Verum non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, esto vester minister:* p. 84. bis. *V.* 27. *Et quicunque voluerit inter vos primus esse, sit vester servus.* p 84. *V.* 28. *Sicut Filius hominis non venit ut sibi ministretur, sed ut ministret, deque animam suam (in) redemptionis pretium pro multis*
22. p. 84. C. 22, 11. *Ingressus autem rex, ut spectaret convivas, vidit illic quendam non indutum veste nuptiali.* p. 80. *V.* 12. *Tunc dicit ei, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At illi os occlusum est.* pag. 80. *Vers.* 13. *Tunc dixit rex ministris, ligatis pedibus & manibus ejus tollite eum, & ejicite in tenebras extimas, illic erit fletus & stridor dentium.* pag.
23. 80. Cap. 23, 5. *Omnia verò opera sua faciunt, ut spectentur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & producunt fimbrias palliorum suorum.* p. 84. *V.* 6. *Amantque primos accubitus in cœnis, & primos cessus in conventibus.* p. 84. *V.* 7. *Et in foris salutationes & vocari ab hominibus, Rabbi, Rabbi.* p. 84. *V.* 8. *Vos autem ne vocamini Rabbi: unus est enim Doctor vester, (nempe) Christus: omnes autem vos fratres estis.* p. 84. bis. *V.* 12. *Porrò, qui sese extollet, deprimetur, & qui sese deprimit, extolletur.* p. 84. bis. *V.* 15. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & terram, ut faciatis unum Proselytum: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplo magis quam vos*
24. *(sitis.)* p. 85. C. 24, 48. *Quod si dixerit servus ille malus in corde suo, differt Dominus meus adventum:* p. 80. *V.* 49. *Cœperitque verberare conservos, quinetiam edere & bibere cum ebriis:* V. 50. *Veniet Dominus servi illius, die*
25. *quo non expectat, & qua hora non novit.* p. 80. *V.* 51. *Et separabit eum, ac partem ei assignabit cum hypocritis*
26. *illic erit fletus & stridor dentium.* p. 80. C. 25, 33. *& inutilem servum ejicite in tenebras illas extimas: illic erit fletus & stridor dentium.* p. 80. C. 26, 52. *Tunc ait ei Iesus, Converte gladium tuum in locum suum, quicunque enim acceperint gladium, gladio peribunt.* pag. 84.

MARC.

MARC. 12, 24. *Tunc respondens Iesus dixit eis, Nonne propterea erratis quod non sciatis Scripturas, neque potentiam Dei?* p. 81. Cap. 13, 23. *Sed de die illa nemo scit,* Marc. 12. 24. 13.
neque Angeli quidem qui in cælo sunt, neque ipse Filius, sed Pater. p. 11. 44. C. 16, 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, servabitur, qui verò non crediderit, condemnabitur.* 16.
p. 80. LUC. 1, 35. *Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi inumbrabit te: propterea etiam quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* p. 70. C. 9, 55. *Sed conversus Iesus objurgavit eos, dicens, Nescitis qualis spiritûs vos sitis.* p. 85. Luc. 2. 9.
V. 56. *Filius enim hominis non venit, ut perderet animas hominum, sed ut servaret. Abierunt igitur in alium vicum.*
p. 85. C. 12, 15. *Dixit igitur eis, Videte & cavete ab avaritia, nec enim cujusquam vita ex iis quæ ipsi suppetunt,* 12.
eo sita est ut redundet. (Rectiùs ad verbum, & paulò claritus, Vulgata, & Erasmus: *quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex his quæ possidet.*) p. 83. *V.* 19. *Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona reposita in annos multos; requiesce, ede, bibe, oblectare.* p. 83. *V.* 20.
Dixit autem ei Deus, Despiens, hac nocte animam tuam repetunt abs te: quæ verò parasti, cujus erunt? p. 83. *V.*
22. *Dixit autem Discipulis suis, Propterea dico vobis, ne solliciti estote de anima vestra, quid esuri sitis, neque de corpore, quâ re sitis induendi.* p. 83. *V.* 29. *Vos igitur ne quærite, quid esuri sitis, & quid bibituri: & ne suspenso animo estote.* p. 83. *V.* 30. *Hæc enim omnia gentes mundi requirunt: Pater autem vester novit vos istis indigere.* p. 83.
V. 46. *Veniet Dominus servi illius eo die, quo (ipsum) non expectat, & ea hora quam non novit: & separabit eum, partemque cum incredulis ei statuet.* p. 80. *V.* 48. *Qui verò eum novit & fecit digna plagis, cædetur (plagis) paucis. Porrò, cuicunque multum datum fuerit, multum repetetur*
ab eo. &c. p. 85. C. 14, 8. *Quum vocatus fueris ab* 14.
aliquo ad nuptias, ne discumbito primo loco: ne fortè honoratior te sit vocatus ab eo. p. 84. *V.* 9. *Et is qui te & illum vocavit veniens, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum ignominia ultimum locum tenere.* p. 84. *V.* 33. *Sic ergo quisquis vestrum non vale dicit omnibus bonis suis, non potest meus esse Discipulus.* p. 86. C. 16, 19. *Cæterum quidam erat dives, qui induebatur purpura & byssо, & sese* 16.
oblectabat quotidie splendidè. p. 84. C. 24, 19. *Ipse verò dixit eis, Quæ?* 24.
At illi dixerunt ei, Quæ (facta sunt) Iesu Nazaræo, qui fuit Propheta, potens reipsa & verbis coram

ram Deo & toto populo. p. 70. V. 20. Quomodo eum tr
derunt Principes Sacerdotum & primores noſtri ut m
damnaretur, & crucifixerunt eum. p. 70. V. 21. Nos au
ſperabamus illum eſſe, qui redempturus eſſet Iſraelem,
Joh. 1. præter hæc omnia, tertium hunc diem agit hodie ex
hæc facta ſunt. p. 70. JOH. 1, 1. In principio erat ſermo
& ſermo ille erat apud Deum, eratque ille ſermo Deu
39. V. 3. Omnia per hunc (ſermonem) facta ſunt, & a
eo factum eſt nihil, quod factum ſit. p. 10. 11. 40. 45. V.
Quotquot autem eum exceperunt, dedit eis (hoc) jus, ut
Dei ſint facti, (nempe) iis, qui credunt in nomen ejus. p.
V. 13. Qui non ex ſanguine, neque ex libidine carnis, ne
ex libidine viri, ſed ex Deo geniti ſunt. p. 80. V. 18. D
nemo vidit unquam: unigenitus ille Filius qui eſt in ſinu
tris, ille (nobis) expoſuit. p. 42. bis. 47. V. 42. Invenit
prior (Andreas) fratrem ſuum Simonem, & dixit ei
venimus Meſſiam illum, quod eſt, ſi interpretetis, Ch
ille. p. 70. V. 46. Invenit Philippus Nathanaelem,
cit ei, Invenimus (illum) de quo ſcripſit Moſes in Le
Prophetæ, (nempe) Ieſum filium illum Ioſephi, illum e
be) Nazaretha. p. 70. ter. 79. V. 50. Reſpondit Natha
& dixit ei, Rabbi, Tu es ille filius Dei, tu es ille Rex I
R. 70. bis. 80. V. 51. Reſpondit Ieſus & dixit ei, Qu
3. tibi, Vidi te ſub ficu, credis: majora iſtis videbis.
C. 3, 16. Ita enim Deus dilexit mundum, ut Filium
illum unigenitum dederit, ut quiſquis credit in eum,
pereat ſed habeat vitam æternam. p. 80. V. 18. Qui cre
eum, non condemnatur: qui vero non credit, jam con
natus eſt: quia non credit in nomen unigeniti Filii D
5. 80. C. 5, 19. Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis, A
men dico vobis, non poteſt Filius à ſemetipſo operari,
niſi viderit Patrem operantem: quæcunque enim ille
hæc etiam Filius pariter facit. p. 11. 53. V. 20. Pater
amat filium, & omnia oſtendit ei, quæ ipſe facit: &
ra iſtis majora oſtendet ei, ut vos miremini. p. 11. V.
Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ita &
lius quos vult vivificat. p. 10. V. 22. Nec enim Pater
dicat quenquam, ſed omne judicium dedit Filio. p. 10.
23. Vt omnes honorent Filium, prout honorant Patrem:
non honorat Filium, non honorat Patrem, ut qui mi
eum. p. 10. 11. V. 26. Sicut enim Pater habet vitam in
ipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo. p. 10.
V. 30. Non poſſum ego à meipſo facere quicquam: pr
audio, judico: & judicium meum juſtum eſt; quia
quæ

ro voluntatem meam: sed voluntatem ejus qui misit
, (id est) Patris. p. 11. C. 6, 15. Iesus ergo quum nosset 6.
turos, & se abrepturos, ut facerent se regem, secessit
sus in montem solus ipse. p. 84. V. 57. Sicut misit me vi-
us ille Pater, & ego vivo per Patrem: (ita) etiam qui
rit me, vivet ipse quoque per me. p. 11. 26. V. 69. Et
credidimus, & scimus, te esse Christum illum Filium
viventis. p. 70. Cap. 8, 53. Num tu major es Patre il- 8.
nostro Abrahamo, qui mortuus est? etiam Prophetæ mor-
sunt: quem tu teipsum facis? p. 84. V. 58. Dixit eis Ie-
, Amen amen dico vobis, priusquam Abrahamus exi-
ret ego sum. p. 11. 59. C. 9, 35. Audivit Iesus, eum e- 9.
lum foras: & eum natlus dixit ei, Tune credis in Filium
? p. 70. V. 36. Respondit ille & dixit, Quis est, Domi-
ut credam in eum: p. 70. V. 37. Dixit autem ei Iesus,
vidisti eum, & is est qui loquitur tecum. p. 70. V. 38.
lle ait, Credo, Domine. Et adoravit eum. p. 70. C. 10, 10.
Ego & Pater unum sumus. p. 59. bis. V. 35. Si illos di-
Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi
tura: p. 70. V. 36. (Meus) quem Pater sanctificavit,
misit in mundum, vos dicitis blasphemare, quia dixi,
us Dei sum? p. 10. 70. V. 37. Si non facio opera Patris
, nolite credere mihi. p. 10. C. 11, 41. Sustulerunt er- 11.
ipidem ubi mortuus ille fuerat positus. Iesus autem sustu-
sum oculos, & dixit, Pater, gratias ago tibi, quod
udieris. p. 11. V. 47. Congerunt ergò primarii Sacerdo-
& Pharisæi concilium, & dicebant, Quid agemus?
hic homo multa signa edit. p. 86. V. 48. Si omittamus
ita, omnes ei credant: venientque Romani, & dele-
tum locum nostrum, tum gentem. p. 4. 86. C. 12, 43. 12.
xerunt enim gloriam hominum potiùs quàm gloriam
. p. 4. C. 14, 9. Dicit ei Iesus, Tantum temporis vobis- 14.
sum, & non nostis me? Philippe, qui vidit me, vidit Pa-
: quomodo igitur tu dicis, Ostende nobis Patrem? p.
V. 28. Audivistis me dixisse vobis, Abeo & redeo ad
. Si diligeretis me, gauderetis utique quod dixerim, pro-
scor ad Patrem: nam Pater major me est. p. 10. 44 51.
60. 61. C. 17, 5. Nunc igitur glorifica me tu Pater apud 17.
met ipsum eâ glorià, quam habui apud te prius quàm mun-
esset. p. 11. C. 20, 9. Nondum enim noverant Scriptu- 20.
m, videlicet quod oporteret eum ex mortuis resurgere. p.
V. 17. Dicit ei Iesus, Ne me tangito: nondum enim ad-
di ad Patrem meum: sed proficiscere ad fratres meos,
ic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum,

21. *& Deum meum, & Deum vestrum. p.* 10. 26. C. 21. *Dicit ei tertiò, Simon Ionæ, amas me? Tristitia fuit affe-Petrus, quod tertiò dixisset ipsi, Amas me? Dixitque Domine, tu omnia nosti: tu nosti quod amem te. Dicit*

Act. 2. *Iesus, Pasce oves meas. p.* 10. ACT. 2, 22. *Viri Israëlitæ audite sermones istos: Iesum illum* (NB.) *Nazaræum, Virum à Deo approbatum apud vos præstantibus factis & prodigiis & signis quæ edidit per eum Deus in medio vestri, sicut & ipsi nostis. p.* 70. *V.* 36. *Certò sciat ergo tota domus Israelis, quod Deus hunc fecerit Dominum & Christum, hunc ipsum, (inquam) Iesum quem vos crucifixistis. p.* 70. *V.* 38. *Petrus autem ait ad eos, Resipiscite, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomen Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus Sancti. p.* 70. *V.* 41. *Qui ergo libenter receperunt sermonem ejus, baptizati sunt, & additæ sunt (Ecclesiæ) die illo animæ quasi ter mille. p.* 70. *V.* 47. *Laudantes Deum, & habentes gratiam apud totum populum, Dominus autem addebat quotidiè Ecclesiæ qui salvi fierent. p.* 70. C. 3, 6. *Petrus autem dixit, Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Iesu Christi* Nazaræi *surge & ambula, p.* 70. *V.* 22. *Moses etenim ad Patres dixit, Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, sicut me: audietis eum in omnibus quæ locutus fuerit vobis. p.* 70. *V.* 23. *Futurum est autem, ut quicunque non auscultarit Prophetam illum, disperdatur è populo. p.* 70. C. 4, 4. *Multi verò eorum qui audierant hunc sermonem, crediderunt: & factus est numerus virorum quasi quinquies mille. p.* 70. *V.* 10. *Notum sit omnibus vobis, & toti populo Israelitico, per nomen Iesu Christi* Nazaræi *quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit ex mortuis, per hoc (inquam) istum adstare sanum in vestro conspectu. p.* 70. *V.* 12. *Nec est* (NB.) *in alio quoquam salus, nec enim* (NB.) *aliud nomen est sub cælo quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos servari. p.* 70. C. 5, 30. *Deus ille Patrum nostrorum suscitavit Iesum, quem vos interfecistis suspendentes in ligno. p.* 70. *V.* 31. *Hunc (inquam) Deus dexterâ suâ sublatum, (constituit) principem ac Servatorem, ut det resipiscentiam Israeli & remissionem peccatorum, p.* 70. 33. *At illi (his) auditis frendebant, & consultabant de interficiendis. p.* 85. *V.* 34. *Surgens autem in Concilio quidam Pharisæus, nomine Gamaliel, Legis Doctor, quem totus populus in pretio habebat, jussit ut paulisper abducerent foras Apostolos. p.* 85. *V.* 35. *Et dixit illis, Viri Israelitæ, attendite*

udite animum vobis ipsis, quod ad istos homines (attinet,) quid facturi sitis. V. 38. Nunc itaque dico vobis, abstinete ab hominibus istis, & missos ipsos facite: quoniam si est ex hominibus consilium hoc sive opus istud, dissolvetur: V. 39. Sin ex Deo est, non poteritis illud dissolvere, (& videte) ne etiam cum Deo pugnare comperiamini. p. 85. C. 1. Cæterum per eos dies quum multiplicarentur Discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, quod contemnerentur viduæ despicerentur in ministerio quotidiano p. 88. C. 8, 9. Vir autem quidam nomine Simon, antea in urbe 8.
illa exercuerat artem magicam, & gentem Samariæ obstupefecerat, dicens se esse quempiam magnum. p. 15. V. 10. Cui attendebant omnes à minimo usque ad maximum, dicentes, iste est potentia illa Dei magna. p. 15. V. 11. Attendebant autem ei propterea, quod à multo tempore magicis artibus eos dementasset. p. 15. C. 10, 38. Vt Iesum illum 10.
à Nazaretha unxerit Deus Spiritu Sancto & potentia, qui pertransiit benefaciendo & sanans omnes sub Diabolo: quoniam Deus erat cum eo. p. 70. V. 39. Et nos sumus testes omnium, quæ & in regione Iudæorum & Hierosolymis fecit, quem interemerunt suspensum in ligno. p. 70. V. 40. Hunc (autem) Deus suscitavit tertio die, & dedit ut is conspicuus fieret. p. 70. V. 42. Mandavit autem nobis, ut prædicemus populo, & cum testificatione denunciemus, eum esse qui definitus sit à Deo judex vivorum & mortuorum. p. 70. C. 11, 29. Singuli verò Discipulorum, prout 11.
quis suppetebat, decreverunt submittere administrationis causa mittere (aliquid) fratribus habitantibus in Iudæa. p. 81. C. 13, 13.
3. Tunc loquendi libertate usi Paulus ac Barnabas dixerunt, Vobis necesse fuit primum exponi sermonem Dei: postquam autem illum repellitis, & indignos vos ipsos decernitis æterna vita, ecce, convertimus nos ad gentes. p. 84. C. 15, 1. Porrò quidam qui descenderant è Iudæa, docebant 15.
fratres (& dicebant,) Nisi circumcidamini ritu Mosis, non potestis servari. p. 73. 88. V. 2. Orta igitur repugnantia & disceptatione non parva Paulo ac Barnabæ adversus illos, constitutum fuit ut ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alii ex illis, ad Apostolos & Presbyteros Hierosolymam, super hac quæstione. p. 73. 88. C. 16, 31. At illi dixe- 16.
runt, Crede in Dominum Iesum Christum, & servaberis tu ac domus tua. p. 80. C. 17, 11. Iis autem (Iudæis) qui e- 17.
rant Thessalonicæ, fuerunt isti generosiores, ut qui recepe-
rint sermonem cum omni alacritate, quotidiè examinantes scripturas, an hæc ita se haberent. p. 84. V. 31. Eò quod

statuit diem, quò justè judicaturus est orbem terrarum, per
virum, quem definiit, fide (ejus rei) paldam factâ omnibus
18. *ex mortuis suscitato. p. 70. C. 18, 22. Quumque descendisset Cæ-*
ream, adscendissetque (Hierosolymam) & salutasset Eccle-
21. *descendit Antiochiam. p. 81. C. 21, 20. At illi (his) auditis, gla-*
caverunt Dominum: & dixerunt ei, Vides frater, quot sint
lia Judæorum qui crediderunt: sintque omnes accensi zelo l
p. 73. 81. V. 21. Audierunt autem de te ex aliorum sermone,
defectionem à Mose docere omnes qui inter gentes sunt Judæos,
dicere, eos non debere circumcidere filios, neque (secundum) ri
ambulare. p. 73. 81. V. 22. Quid est ergò? Omninò oportet con-
nire multitudinem: audient enim te venisse. p. 81. V. 23. Hoc
tur fac quod tibi dicimus: sunt nobis Viri quatuor, qui vot
obstrinxerunt. p. 81. V. 24. His assumptis sanctificator cum
& adde ad eorum sumptus, ut radant capita, & norint omnes
hil esse eorum quæ de te auditione acceperunt, sed te quoque ita
cedere ut Legem observes. p. 73. 81. V. 27. Quum autem sep
illi dies jam essent finiendi, qui ex Asia (advenerant) Judæi
sum conspicati in templo, concitarunt totam turbam, & injece
manus in eum. p. 73. V. 28. Clamantes, Viri Israëlitæ succurr
hic ille homo est qui adversus populum & Legem, & locum hu
omnes ubique docet: atque adeò Græcos introduxit in templum,
polluit sanctum locum istum. p. 73. V. 29. (Viderant enim a
Trophimum Ephesium in urbe cum eo, quem existimabant fuis
24. *Paulo introductum in templum.) p. 73. C. 24, 5. Comperimus enim*
virum hunc (esse) pestem, & qui moveat seditionem omnibus Ju-
dæis per orbem terrarum, & principem hæresis Nazaræorum
73. V. 14. Hoc verò tibi fateor, (respondet Paulus,) me secundum
viam illam, quam hæresin dicunt, ita colere patrium Deum, u
qui credam omnibus, quæ in Lege & in Prophetis scripta sunt.
Rom. 9. 73. ROM. 9. 5. Quorum (sunt) Patres, & ex quibus (est) Christus
quod ad carnem attinet, qui est supra omnes Deus benedictus
10. *secula, Amen. p. 10. 25. 45. C. 10. 9. (Nempe) si professus fueris*
ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus
eum suscitavit ex mortuis, servaberis. p. 80. V. 10. Nam corde
creditur ad justitiam, fit autem ore professio ad salutem. p. 80.
V. 11. Dicit enim Scriptura, Quisquis credit in eum, non pudefiet. p. 80. V. 12. Non enim est distinctio vel Judæi vel Græci. nam
idem Dominus omnium, dives in quosvis à quibus invocatur. p. 80.
11. *C. 11, 20. Benè: per incredulitatem defracti sunt, tu verò per fi-*
dem stas: ne effertor animo, sed metue. p. 80. bis. V. 21. Nam si
Deus naturalibus ramis non pepercit, (vide) ne tibi quoq; non par-
2. *cat. p. 80. C. 12, 2. Et ne vos configurate seculo isti, sed transfor-*
14. *mate vos per renovationem mentis vestræ, ad hoc ut probetis quæ*
sit voluntas Dei, bona illa, placens ac perfecta. p. 84. C. 14, 1.
Eum verò qui fide est infirmus, assumite, non (tamen) ad altercationes disceptationum. p. 81. V. 3. Qui edit, non edentem ne spe-
nihilo habeto, & qui non edit, edentem ne condemnato, Deus e-
nim eum assumpsit. p. 81. V. 4. Tu quis es qui condemnas alienum
famulum? proprio Domino perstat aut cadit, stabilietur autem:
potest enim Deus eum stabilire. p. 81. V. 10. Tu verò cur condem-

fratrem tuum? aut etiam tu cur pro nihilo habes fratrem tu-
um? omnes enim sistemur apud tribunal Christi. p. 81. 87. V. 13.
ne amplius igitur alii alios judicemus: sed hic potius adhibete ju-
dicium, ut ne fratri proponatis quidpiam ad quod impingat vel
offendat. p. 81. C. 15, 5. Deus autem (auctor) tolerantiæ & conso- 15.
lationis det vobis, ut itidem alii in alios affecti sitis, secun-
dum Christum Iesum. p. 87. V. 6. Vt concorditer uno ore glorifice-
tis Deum ac Patrem Domini nostri Iesu Christi p. 87. V. 7. Pro-
pterea assumite alii alios, sicut & Christus assumpsit nos in glo-
riam Dei. p. 87. V. 25. Nunc autem proficiscor Hierosolymam,
ministrans sanctis. p. 81. V. 26. Libuit enim Macedoniæ & Acha-
iæ conferre aliquid in pauperes sanctos qui sunt Hierosolymis. p.
81. V. 27. Libuit enim (eis inquam) & debitores eorum sunt. nam
si spiritualia ipsorum (bona) gentibus communicata sunt, debent
etiam (ipsæ) in carnalibus eis ministerio suo adesse. p. 81. 1 COR. 1 Cor. 1.
1, 2. Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu,
vocatis Sanctis cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri
Iesu Christi quovis loco, (Domini inquam,) tum ipsorum, tum no-
stri. p. 81. V. 11. Declaratum est enim mihi de vobis fratres mei,
a domesticis Chloës, quod lites sint inter vos. p. 81. V. 12. Hoc au-
tem dico, singulos vestrum dicere, Ego quidem sum Pauli, ego
autem Apollo, ego verò Cephæ, at ego Christi. p. 81. V. 13. (Num)
dispertitus est Christus? num Paulus crucifixus est pro vobis, aut
in nomen Pauli baptizati fuistis? p. 89. C. 2, 2. Non enim sta- 2.
tui quicquam scire inter vos nisi Iesum Christum, eumque cruci-
fixum. p. 70. C. 3, 3. Nam adhuc carnales estis. quum enim inter 3.
vos (sint) invidia, & contentio, & dissidia, nonnè carnales estis, &
secundum hominem ambulatis? p. 81. 89. V. 4. Etenim quum dicit
aliquis, Ego quidem sum Pauli: alter verò, Ego (sum) Apollo: non-
ne carnales estis? p. 81. C. 5, 2. Et vos inflati estis, ac non potius 5.
luxistis, ut tolleretur è medio vestri qui facinus hoc patravit?
p. 84. V. 6. Non (est) bona gloriatio vestra. An nescitis paululo
fermenti totam massam fermentari? p. 84. V. 7. Expurgate igitur
vetus fermentum, ut sitis nova massa, sicut estis fermenti experres.
Etenim Pascha nostrum pro nobis sanctificatum est, (nempe)
Christus. p. 84. V. 11. Nunc autem scripsi vobis, ne commisceami-
mi, (id est) si quis quum frater nominetur, sit scortator, aut a-
lieni avidus, aut idololatra, aut conviciator, aut ebriosus, aut 6.
rapax: cum ejusmodi (inquam) ne edatis quidem. p. 84. C. 6, 17.
Qui verò agglutinatur Domino, unus cum eo spiritus est. p. 80. 11.
C. 11, 3. Velim autem vos nosse, Christum esse omnis viri caput:
caput autem mulieris, virum: caput verò Christi, Deum. p. 10.
C. 12, 13. Etenim per unum spiritum nos omnes in unum corpus 12.
baptizati sumus, & Iudæi, & Græci, & servi, & liberi: &
omnes potati sumus in unum spiritum. p. 80. 81. V. 27. Vos autem
estis corpus Christi, & membra particulatim p. 80. 81. C. 15, 28. 15.
Postquam verò subjecta fuerint ei omnia, tunc & ipse Filius sub-
jicietur ei qui subjecit ipsi omnia, ut Deus sit omnia in omnibus.
p. 26. 2 COR. 13, 4. Nam etsi (Christus) crucifixus fuit ex infir-
mitate, vivit tamen ex potentia Dei: nam & infirmi sumus in
eo, sed vivi erimus cum eo, ex potentia Dei apud vos p. 70. GAL. 1, Gal. 1.

2. Quiq; mecum sunt omnes fratres Ecclesiis Galatiæ. p. 81.
Miror vos ita cito, deserto eo qui vocavit vos in gratiam Christi
2. transferri in alind Euangelium. p. 81. C. 2, 12. Nam antequam ve-
nisset quidam à Iacobo, nnà cum Gentibus edebat: quum autem
venissent, subtersugiebat ac separabat sese ab eis, metuens eos qui
3. erant ex circumcisione. p. 81. 88. C. 3, 1. O amentes Galatæ, quis
vos fascinavit, ne obsequeremini veritati? quibus ob oculos Iesus
Christus prius fuerat depictus, inter vos crucifixus? p. 81. V. 26.
Omnes enim filii Dei estis, per fidem in Christo Iesu. p. 80. 81. V. 27.
Nam quicunque in Christum baptizati fuistis, Christo fuistis indu-
ti. p. 80. 81. V. 28. Non est Iudæus neque Græcus, non est servus
neque liber, non est masculus ac fœmina: omnes enim vos unus estis
in Christo Iesu. p. 80. 81. 89. V. 29. Quod si vos (estis) Christi, Ab-
rahami nempe semen estis, & secundum promissionem hæredes. p.
4. 80. C. 4, 29. Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem ge-
nitus fuerat, persequebatur eum qui natus erat secundum spiri-
5. tum: ita & nunc (sit.) p. 85. C. 5, 2. Ecce, ego Paulus dico vobis,
si circumcidamini, Christum nihil vobis profuturum. p. 81. V. 3.
Testor enim rursum omni homini qui circumciditur, eum esse debi-
torem totius Legis servandæ p. 81. V. 4. Inanes facti estis (separati)
à Christo, quicunque per Legem justificamini: (&) à gratia
excidistis. p. 81. bis. V. 20. Idololatria, veneficium, inimicitiæ,
lites, æmulationes, excandescentiæ, rixæ, dissidia, hæreses. p. 89.
V. 21. Invidiæ, cædes, ebrietates, commessationes, & his similia,
quæ prædico vobis prout etiam prædixi: eos (videlicet) qui talia a-
6. gunt, regni Dei non fore hæredes. p. 89. C. 6, 15. Nam in Christo
Iesu neque circumcisio quicquam valet, neque præputium, sed no-
Ephes. 1. va creatura. p. 89. EPHES. 1, 10. (Nempe) ut in plena temporum
illorum præstitutorum dispensatione summatim recolligeret omnia
illa in Christo, tum quæ in cœlis sunt, tum quæ in terra. p. 11. C.
3. 3, 9. Et in lucem proferendi omnibus quæ (sit.) communio mysterii
quod erat absconditum à seculis in Deo, qui omnia hæc condidit
5. per Iesum Christum. p. 11. C. 5, 3. Scortatio verò & omnis impuritas
aut avaritia ne nominetur quidem inter vos, sicut decet sanctos.
6. p. 83. C. 6, 18. Omni prece & deprecatione orantes omni tempore
per spiritum, & illi ipsi rei excubantes cum omni perseverantia,
Phil. 1. & supplicatione pro omnibus sanctis. p. 30. PHIL. 1, 15. Ac non-
nulli quidem per invidiam, & contentionem, nonnulli verò etiam
bono affectu, Christum prædicant. p. 82. V. 16. Alii quidem (in-
quam) per contentionem Christum non castè annunciant, quod exi-
stiment sese afflictionem adjicere vinculis meis. p. 82. V. 17. Alii
verò ex charitate, scientes me ad defensionem Euangelii constitu-
tum esse. p. 82. V. 18. Quid igitur? attamen quovis modo, sive in
speciem, sive sincerè Christus annunciatur, & de hoc gaudeo atq;
2. etiam gaudebo. p. 82. C. 2, 6. Qui quum esset in forma Dei, non
duxit (esse) rapinam, parem esse cum Deo. p. 50. V. 9. Quapro-
pter etiam Deus ipsum in summam extulit sublimitatem, ac dona-
vit ei nomen quod est supra omne nomen: p. 31. V. 10. Vt ad no-
men Iesu omne genu (se) flectat cælestium ac terrestrium & subter-
raneorum. pag. 11. 31. V. 11. Omnisque lingua profiteatur Iesum
3. Christum esse Dominum ad gloriam Dei Patris. p. 11. 31. C. 3, 21.
Qui

transfigurabit corpus noſtrum humile, ut conforme ſiat ejus corpori glorioſo, pro vi illa efficace, qua poteſt etiam ſubjicere ſibi omnia. p. 10. C. 4, 2. *Evodiam precor & Syntychen precor, ut idem ſentiant in Domino.* p. 87. V. 3. *Et rogo te quoque, ſocie germane, adjuva illas, ut quæ in Euangelio concertarunt mihi, unà cum Clemente quoque & reliquis adjutoribus meis, quorum nomina ſunt) in libro vitæ.* p. 87. COL. 1, 15. *Qui eſt imago Dei inviſibilis, (&) primogenitus omnis rei conditæ.* p. 11. V. 16. *Nam per eum condita ſunt omnia quæ in cœlis ſunt & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominia, ſive imperia, ſive poteſtates, omnia (inquam) per eum, & ejus reſpectu condita ſunt.* p. 10. 11. V 20. *Et ut pace per ſanguinem crucis ejus facta per eum reconciliaret omnia ſibi, per eum, (inquam) tum quæ in terra, tum (NB.) quæ in cœlis.* p. 10 11. 2 THESS. 3, 6. *Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſubducatis vos ab omni fratre qui inordinatè ambulat, & non ex traditione doctrina quam accepit à nobis.* p. 82. V. 14. *Quod ſi quis non auſcultat noſtro per epiſtolam ſermoni, hunc notate: & ne commercium habete cum eo, ut erubeſcat.* p. 82. V. 15. *Neque ut inimicum ducite, ſed admonete ut fratrem.* p. 82. 1 TIM. 1, 17. *Regi autem æterno, incorruptibili, inviſibili, ſoli ſapienti Deo, honor (ſit) & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.* p. 53. C. 6, 8. *Sed habentes alimenta, & quibus tegamur, hæc nobis ſatis erunt.* p. 83. V. 9 *Qui verò volunt diteſcere, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas amentes & damnoſas, quæ demergunt homines in exitium & perniciem.* p. 83. V. 10. *Stquidem radix omnium malorum eſt amor pecuniæ: quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide, & ſeipſos undiquaque transfixerunt doloribus multis.* p. 83. V. 16. *Qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam, quem vidit nemo hominum, neque videre poteſt: cui honor & robur æternum. Amen.* p. 53. 2 TIM. 3, 7. *Semper diſcentes, ſed quæ nunquam adcognitionem veritatis venire poſſunt.* p. 89. V. 8. *Quemadmodum autem Iannes & Iambres obſtiterunt Moſi, ita & hi obſiſtunt veritati: homines mente corrupti, rejectanei circa fidem.* p. 89. V. 9. *Sed non procedent amplius: nam amentia iſtorum evidens erit omnibus, ut & illorum fuit.* p. 89. TIT. 1, 9. *Tenacem fidelis illius ſermonis qui ad doctrinam eſt, ut poſſit & exhortari doctrinâ ſanâ, & contradicentes convincere.* p. 81. HEB. 1, 8. *Ad Filium autem, Thronus tuus, Deus, in ſeculum ſeculi: virga recta virga regni tui.* p. 10. V. 9. *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti tranſgreſſionem: propterea unxit te, ô Deus, Deus tuus oleo exultationis, ultra conſortes tuos.* p. 10. (Ne verba ſequentis verſus 10mi: *Et, Tu in initio, Domine, terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli*: difficultatem alicui pariant, obſervandum eſt, de eo hæc per apoſtrophen dici, cujus manuum opera cœli eſſe dicuntur, quique cap. ſeq. verſ. 7. 9. Jeſum, pauliſper Angelis factum inferiorem, ſuper illa manuum ſuarum opera conſtituiſſe memoratur. Dicitur enim *Cap. ſeq. 2, 7: Feciſti eum pauliſper inferiorem Angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. V. 9. Sed Ieſum illum cernimus gloria & honore coronatum, qui pauliſper fuit inferior Angelis factus, propter mortis per-*

4.

Col. 1.

2.

2 Theſſ. 3.

1. Tim. 1.

6.

2 Tim. 3.

Tit. 1.

Heb. 1.

2.

perpessionem : ut beneficio Dei pro omnibus mortem gustaret.
4. 4, 14. Habentes igitur Pontificem magnum, qui transivit cœ
Iesum Filium Dei, retineamus (hanc) professionem. p. 70. V.
Non enim habemus Pontificem qui non possit affici sensu infirm
tum vestrarum, sed tentatum in omnibus similiter, absque (ta
5. peccato. p. 70. C. 5, 7. Qui in diebus carnis suæ, deprecation
& supplicationibus oblatis cum clamore valido & lacrymis
eum qui poterat ipsum servare à morte, & exauditis precibus (
heratus) ex metu : p. 70. V. 8. Quamvis Filius esset, (tamen) ex
quæ passus est didicit obedientiam : p. 70. V. 9. Et consumm
factus est auctor salutis æternæ omnibus ei auscultantibus. p.
V. 10. Cognominatus à Deo Pontifex secundum ordinem Melc
11. deci. p. 70. C. 11, 6. At qui fieri non potest, ut absq; fide quisq
Deo sit gratus : nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet
13. se (Deum:) & præmia largiri iis qui ipsum requirunt. p. 86. C.
5. Sint mores (vestri) alieni ab avaritia, contenti præsentibus
xit enim ipse, Nequaquam te omittam, neque unquam te dese
p. 83. V. 8. Iesus Christus heri & hodiè idem (est) & in secula
Jac. 2. 10. 11. JAC. 2, 3. Et respexeritis ad eum qui vestem gerit splen
dam, & dixeritis ei, Tu sede hic pulchrè: pauperi verò dicatis,
sta illic, aut sede hic subter scabellum meum. p. 84. V. 6. At vos
tumelia affecistis pauperem. Nonne divites per tyrannidem opp
4. munt vos, & trahunt vos ad tribunalia? p. 84. C. 4, 13. A
nunc qui dicitis, Hodiè vel cras proficiscemur in illam urbem, &
agemus ibi annum unum, & mercabimur, & lucrabimur. p.
V. 16. Nunc autem gloriamini de jactantiis vestris. Omnis ejus
5. di gloriatio mala est. p. 84. C. 5, 2. Divitiæ vestræ putrefactæ s
vestimenta vestra sunt à tinea vorata. p. 84. V. 3. Aurum &
gentum vestrum aruginè vitiatum est, & ærugo eorum testabi
adversùm vos, & exedet carnes vestras velut ignis: thesaurum
condidistis in ultimos dies. p. 84. V. 5. In luxu vixistis super
ram, & lascivistis: enutristis corda vestra ut in die epuli. p.
1 Pet. 1. 1 PET. 1, 20. Præcogniti quidem ante jacta mundi fundam
4. manifesti autem facti ultimis temporibus propter vos. p. 11. C. 4,
Ut quisq; accepit donum, (ita) alius in alium illud subministran
5. ut boni dispensatores variæ Dei gratiæ. p. 89. C. 5, 3. Neq; ut do
1. Joh 5. minantes cleris, sed ut qui situ exemplaria gregis. p. 84. 1 JOH.
5, 20. Sed scimus Filium Dei venisse, & dedisse nobis mentem
cognoscamus verum illum: & sumus in vero illo, in (i.e. mediante)
ejus Filio Iesu Christo. Hic (qui mediante Filio cognitus est, &
quo sumus,) est verus ille Deus, & vita illa æterna. p. 93. 3 JOH.
3. Joh. v. 9. Scripsi Ecclesiæ: sed qui primatum inter eos amhit Diotrep
non recipit nos. p. 81. V. 10. Propterea si venero, memoriam
vabo ipsius facinorum quæ facit, verbis malis garriens in nos
quisque enim his non contentus, neque ipse recipit fratres, & q
Apoc. 1. volunt (recipere) prohibet, & ex Ecclesia ejicit. p. 81. APOC.
5. Et à Iesu Christo, (qui est) fidus ille testis, primogenitus ille
mortuis, ac princeps Regum terræ: qui dilexit nos & lavit nos
3. peccatis nostris per sanguinem suum. p. 10. C. 3, 14. Angelo
Laodicensium Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Amen, testis ille fidel
& verax, principium opificii Dei p. 11.

INDICIS PRIMI FINIS.

A. *Absurda* semper falsa, p. 7. &c. *Anthropomorphitæ*, p. 8. *Aristides*, p. 19. *Arii sententia* eadem ferè est, quæ Veterum fuit. p. 61. 62. *Artemonitæ*, earumque Traditio verissima. p. 71. *Athenagoras*, ejusque doctrina de Christo, p. 37. &c. *Auritia* quid? p. 83. *Author Irenici* quis sit? p. 79. 90.

B. *Baronius* p. 74. falsi convincitur, ibid. &c. *Becanus* p. 9. *Bellarminus*, p. 18. 29. 32. *Beza*, p. 8.

C. *Calviniani* quomodo pacem promovere debeant? p. 87. *Catholici orbis Traditiones* primariæ falsæ sunt, religioque ejus propterea nutat, p. 13. &c. *Cerinthus* Simonis Magi sententiam expolivit. p. 17. *Certitudo* quomodo obtineatur? p. 3. ejus modi duo p. 85. 86. *Christianorum hodiernorum sententia* de æqualitate Christi cum Patre non est Apostolica, p. 62. 63. &c. *Clemens Romanus*, ejusque de Christo doctrina, p. 22. &c. *Condemnatio* præposterâ Sectarum inter sese. p. 81.

D. *Danhawerus* p. 9. *Deus super omnia*, Pater tantùm esse à Veteribus creditus est. p. 45. *Dionysius Areopagita* p. 18. 13. *Disputatorum regula* quam firma? p. 5. 6. &c. *Disputandi ratio* unica, p. 3. 4. *Dissentientes in religione* recipiendi, p. 81. *Distinctio* quæ mala? p. 5. 11.

E. *Ebionæi* qui? p. 111. *Ecclesiæ Doctores* enumerantur. p. 18. *Ecclesia Christi* semper fuit, & vel inter ipsas hodiernas Sectas adhuc durat. p. 79. 80. 82. *Episcopi sex ad Samosatenum scribentes*, eorumq; de Christo sententia & doctrina, p. 65. *Episcopi* in Concilio Nicæno Constantinum M. gladio cingentes, Disciplinam Christianam corrupêre, p. 84.

F. *Filius Dei* quomodo in Symbolo Apostolico accipiatur, & quomodo Christo approbante, ab Apostolis intellectus fuerit? p. 69. 70. 71. 73. 107.

G. *Gladii usus* Christianis prohibitus, p. 84. 85. *Græci*, quantum commodi adferant Reipub. Christianæ, p. 79.

H. *Hermas* seu Pastor, ejusque de Christo doctrina, p. 19. *Hierosolymitani Christiani*, *Nazaræi dicti*, cum gravi errore & semper tolerati fuere, & inter Christianos alios eminuêre, p. 82. 83. 109. *Hieronymus* de Epistolâ Polycarpi, p. 29. *Hippolytus Martyr*, ejusque de Christo doctrina, p. 58. 66. &c. *Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores* minus candidi, & valde suspecti, p. 14.

I. *Ignatius*, ejusque doctrina, p. 25. *Ignorantia* magna inter Sectas hodiernas, p. 81. *Irenæus* de Herma p. 22. de Clemen-

tis Romani epistolâ p. 24. de Polycarpo p. 29. ejus de Christo doctrina, p. 42. &c. nimis credulus, p. 122. *Iustinus Martyr*, Orphei versibus nixus, sententiam suam de novâ Christi paulò ante mundum conditum generatione confidentius proponere incipit, p. 16. 31. 32.

L. ejus de Christo doctrina, p. 31. 32. 33. &c. L. *Lutherani* quomodo pacem promovere debeant? p. 87.

M. *Martialis*, p. 19. *Melitonis* de Christo sententia, p. 63. *Mennonitæ* à reliquis Sectis erudiendi & confirmandi p. 89. *Metus hominum* veritatem non admittit, p. 4. 86.

N. *Nazaræi* p. 109. &c. V. Hierosolymitani. *Negligentia* proficiendi in melius p. 84. *Nicæni Patres* V. Episcopi in Concilio Nicæno.

O. *Origenis*, Christianorumque illius temporis publica de Christo doctrina, p. 58. 59. 60. 61.

P. *Orphei* Versus, p. 15. 31. P. *Pacem* Sectæ singulæ promovere debent, & quomodò? p. 86. 87. eam detrectantes judicium Dei effugere nequeunt p. 89. *Paupertatis* aversatio fidei defectum arguit, p. 86. *Persequi* alios, Christianorum non est, p. 85. & cur salvâ conscientiâ neminem persequi possimus? ibid. *Petrum* Romæ fuisse Episcopum, ibidemque passum esse, Clemens Episcopus Romanus, quem tamen Petri Successorem fuisse narrant, ignorat, p. 82. 121. *Petavius* p. 14. 19. &c. alicubi minus candidus, p. 20. 68. ejus ingenua de Veterum sententiâ & doctrinâ confessio, p. 14. 56. 57. 58. 61. 62. *Platonici* p. 16. *Polycarpus* ejusque de Christo doctrina p. 28. *Pontificii* ob contumaciam suam divinitus castigati, p. 87. 88 quomodo pacem promovere debeant? p. 88. *Primatus* Ecclesiæ Romanæ confictus, p. 81.

R. 117. &c. *Principii petitio* p. 5. R. *Regnare* Christianorum non est. p. 84. *Remonstrantes* quomodo pacem promovere debeant? p. 87. 88. *Respondentis* munus p. 5. &c. *Romana Ecclesia* V. Catholici, & Pontificii. S. *Sectæ* undè ortæ sint? p. 3. quid boni adhuc habeant? p. 79. quid in singulis emendandum sit? p. 81. &c. *Simon Magus* primus novi Christi auctor, p. 14. 15. &c. *Socinian* quomodo cum reliquis Sectis uniendi? p. 88. 89. cum iisdem ad Mennonitarum moderationem progredi debent, p. 89. *Superbia* in quo consistat? p. 83. 84. *Symbolum Apostolicum* p. 68.

T. *Tatianus*, ejusque de Christo doctrina, p. 40. *Tertullianus* ejusque de Christo doctrina, p. 47. &c. *Theologorum hodiernorum* incerta & vana disputandi ratio, p. 4. *Theophilus*, ejusque de Christo doctrina, p. 39. *Thesis* dubia contra manifestæ veritatis regulas nunquam est urgenda, p. 5. &c. *Traditiones*, V. Catholicus Orbis. Veriores, p. 68. &c. V. *Veritatis contemptus*, p. 84. Orbem Catholicum errare fecit, p. 4. ejus inveniendi ratio, p. 3. unica quæ sit? p. 4. *Veteres Ecclesiæ Doctores*, etiamsi multum seducti, Christum tamen nunquam Patri æqualem statuerunt, p. 18.

V.

INDICIS POSTERIORIS FINIS.

IRENICUM IRENICORUM CONTINUATUM,

seu

Ulterior Deductio eorum, quæ in libro hoc breviter tantum indicata fuerant;

Ne Index alter solus novum excudendi laborem pareret, ei simul, postquam Auctor se quoque operæ pretium aliquod facturum cognovit, si nonnulla adhuc ad hanc materiam spectantia adderet, secundum paginarum libri ordinem subjuncta.

AD pag. 70.] Explicationem nominis Filii Dei de Christo quà homine, per totam ferè paginam hanc, allatam, & ex Scripturis variè probatam, obviis quasi ulnis recipit quoque & agnoscit Petavius cum Pontificiis aliis, (ut Lutheranos & Calvinianos nunc taceam;) adeòque monstratæ veritati insigne testimonium reddit: & in eo tantum differt, quod Christum etiam secundum divinam naturam, (quod tamen in quæstione adhuc est, & probari prius, si posset, debebat,) Filium Dei dici putet. Ita enim Tom. IV. Dogm. Theol. lib. 7. cap. 1. §. 5. & seqq. Petavius scribit: Ex illis porrò, inquit, literarum sacrarum testimoniis expressissima sunt ista, quæ in *appellando Dei Filio*, non unam tantummodò divinitatem indicant, sed etiam humanam naturam, quam hujus propria aliqua nota designant. Sic Apostolus ad Romanos cap. 8, 32. scribens, proprium hîc appellat Filium, qui pro nobis morti traditus est. *Num alius est, quam qui mori potuit & pati, quà homo, Christus Iesus?* Scimus, inquit Hadrianus Papa, quia non est traditus secundum divinitatem; sed *secundum id, quod homo verus erat. Illum nimirum, qui traditus est, id est, hominem, ipsum Apostolus proprium Dei Filium protestatur.* Angelus item Gabriel, Virginem alloquens: *Hic erit*, inquit, *magnus, & Filius Altissimi vocabitur*: ac subindè: *Ideòque & quod nascetur ex te sanctum*, ait, *vocabitur Filius Dei.* *Ad pag. 70. De nomine Filii Dei.*

Ad pag. 70. De nomine Filii Dei.

Nam vocari apud Hebræos idem est, atque esse. Ut Es. 7, 14. *Et vocabitur nomen ejus Emanuel.* Quin etiam (pergit Petavius) Pater ipse cœlestis semel iterumque *hominem illum, quem coràm mortales intuebantur, filium suum esse testatus est.* Hic est Filius, inquit, meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Matth. 3, 17. Et §. 7. inquit porrò Petavius: Petrus item Matt. 16. interroganti Christo, quem *se* esse crederent, *utique cum ipsis ambulantem, & pro homine se gerentem*; ex cœlestis Patris instinctu respondit communi omnium nomine: *Tu es Christus, Filius Dei vivi: & ob eam confessionem illius, quem prædicarat, ore laudatus, ac præmio donatus est.* Et mox: Luculentum quoque, ait Petavius, illud est apud Johannem cap. 9, 36. in historia curati hominis illius, qui à nativitate sua cœcus fuerat: quando hunc in templo sibi obvium interrogavit, Tu credis in *Filium Dei?* & respondente illo, quis est Domine, ut credam in eum? dixit ei Iesus, *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine, & procidens adoravit eum.* &c. Tandem qnoque Patres, idem secum sentientes, eodemque modo loquentes, citat Petavius, & inter hos Irenæum, libro 3. cap. 20. ita scribentem: *Cum (Dominus) interrogasset Discipulos Matth. 16. Quem me homines dicunt esse filium hominis, Petrus cum respondisset, Tu es Christus Filius Dei vivi, & cum laudatus esset ab eo, Quoniam caro & sanguis non revelavit ei, sed Pater qui est in cœlis: manifestum fecit, quoniam Filius hominis, hic est Christus Filius Dei vivi. Ex eo enim, inquit, cæpit demonstrare discentibus, quoniam oportet illum Hierosolymam ire, & multa pati à Sacerdotibus, & reprobari, & crucifigi, & tertia die resurgere.* Hucusq; Irenæus, & ex eo Petavius. Qui, dum cum Catholicis suis, quos subinde citat, in locis Rom. 8, 32. Luc. 1, 35. Matth. 16, 16. & Joh. 9, 35. 36. 37. Christum, quà hominem, Filium Dei dici monstrat, quid, quæsò, aliud, quàm quod à me dictum est, dicit? Nam partim explicationem à me datam, suâ explicatione adeò confirmat, ut dum in allegatis locis Christum, tantùm, quà hominem, Filium Dei dici monstrat & probat, probareque potest, eoipso alteram illam sententiam de Christo, secundum naturam divinam Dei Filio, prorsùs reddat suspectam, nullòq; modo necessariam

partim

partim verò subjectum semper attendi oportere clarissimè docet, Christum hominem propterea Filium Dei dici asserens, quod *is* Christus Filius Dei dicatur, qui vel mortuus, vel natus sit, vel visus etiam ab hominibus fuerit, inque terris cum iisdem conversatus sit. In qua subjecti consideratione si semper constantes forent Christiani, quemadmodum quidem & candor & amor veritatis, & propriæ demum sententiæ defensio id requireret, nullus sanè in Scripturâ locus esset, in quo non homini Christo divina ista omnia adscribi debere viderent, quæ aliàs divinæ in Christo naturæ adscribuntur, mò ex quibus divina natura unicè elicitur & colligitur: adeòq; hoc quidem nomine, divinâ in Christo naturâ opus non esse ultrò faterentur. *Ad pag. 70. De nomine Filii Dei.*

Ad pag. 73.] Apostolos Christum tantùm hominem, naturâ mortalem esse credidisse, huncque Filium Dei ad salutem confessos fuisse, pag. 70. ostensum est. Discipulos verò eorum, Christianos scilicet Hierosolymitanos, Nazaræos dictos, unà cum Jacobo Apostolo, eandem fidei professionem retinuisse, propagasseque, citati à nobis Autores passim indicant. Egesippus enim apud Eusebium lib. 2. cap. 23. Jacobum de Jesu, num verè Christus esset, à Scribis & Pharisæis interrrogatum, voce magnâ respondisse ait: *Quid me interrogatis de Iesu Filio* (NB.) *hominis, cum ipse sedeat in cœlo à dextris magnæ potentiæ, venturusque sit in nubibus cœli?* Additque mox Egesippus; cum multis (hac confessione) esset persuasum, Deumque super testimonio (hoc) Jacobi glorificarent ac dicerent, *Hosanna Filio Davidis*: tunc iterum Scribas & Pharisæos inter se dixisse: *Male fecimus, quod tale testimonium Iesu præstitimus*; & ut populus timore cohibitus fidem illi negaret, Jacobum protinus de pinna templi præcipitasse, occidisseque ait: hocque de suo postremò adhuc addit Egesippus: *Hic testis & Iudæis & Gentibus verax fuit, quod Iesus sit Christus.* In qua tota Egesippi de fide & confessione Jacobi narratione sanè ne vestigium quidem divinæ alicujus Christi præter humanam naturæ, cerni aut animadverti potest. Porrò de reliquis Discipulis Hierosolymitanis, Nazaræis dictis, partim Epiphanius in hær. 29. scribit, *Nazaræos* scilicet, (quos, cum errore suo de circumcisione, Baronius sub anno Christi 74. §. 4. & 5. *Ad pag. 73. De Nazaræis, seu Christianis Hierosolymitanis.*

Ad pag. 73 De Nazaræis, seu Christianis Hierosolymitanis.

prout idipsum & suprà in libro hoc pag. 81. 82. & 83. nobis fusè probatum est, toleratos esse fatetur in Ecclesia per illud tempus, quo legalibus usi sunt interdum etiam Apostoli, cum aliqua nimirum occasio id postularet; neque ab Ecclesiâ rejectos esse ait: imò nec à cæteris eo nomine distinctos fuisse scribit, cum Christiani omnes etiam Nazaræi ab Judæis tum Act. 24. 5. tum Hieronymi quoque tempore, quo Secta illa Nazaræorum similiter adhuc duraverit, dicti sint. Scribit, inquam Epiphanius, Nazaræos) *ex Apostolis prodiisse Sectatores*, Pellæque & in Berrœorum regione, jam inde ab excidio Hierosolymorum reliquis exulibus Christianis Hierosolymitanis intermixtos vixisse, suoque adhuc tempore durare, & *Iesum esse Christum prædicare, circumcisionem jactantes*: partim verò de iisdem Nazaræis ita testatur *Augustinus lib.* 19 *cont. Faustum*, cap. 18. *Qui in eâ*, inquit, *perversitate manserunt, ut Gentes cogerent judaizare, Act.* 15. *ii sunt, quos Faustus Symmachianorum vel Nazaræorum nomine commemoravit: qui ad nostra tempora, vel in ipsa paucitate perdurant.* Quid verò hi Nazaræi de Christo senserint, *Augustinus lib. de hær. c.* 9. & 10. paucis indicat: *Nazaræi*, inquit cap. 9. *cum Dei Filium confiteantur esse Christum, omnia tamen Veteris Legis observant, quæ Christiani per Apostolicam Traditionem non observantes carnaliter, sed spiritualiter intelligere didicerunt.* Et mox cap. 10. *Ebionæi*, ait, *Christum etiam* (NB) *tantummodo hominem dicunt. Mandata carnalia Legis observant, Circumcisionem scilicet carnis, & cætera, à quorum oneribus per Novum Testamentum liberati sumus.* &c. Hæc Augustinus de Nazaræorum Ebionæorumque doctrinâ. In quibus verbis particula *etiam*, ita ut is clarè mentem Augustini explicat, Ebionæos nimirum similiter atque *Nazaræos Christum tantummodo hominem esse dixisse.* Id quod *Theodoretus* quoque *lib. 2. Hæret. Fab.* capite de Nazaræis confirmat. Nam cum is in capp. præcedentibus de duplici Ebionitarum genere (quos & Eusebius hist. Eccl. lib. 3. c. 27. descripserat) egisset, quorum alii Christum ex Ioseph & Maria, alii verò de Virgine natum dixerant, hæc tandem subjungit: *Nazaræi autem*, inquit, *sunt Judæi, qui Christum tanquam justum hominem venerantur*, &c. En sententiam

dam Nazaræorum de Christo! Et sanè, si res rectè expendatur, omnes illi, qui à Veteribus *Ebionæi* dicti sunt, (quorum scilicet *alii*, ut Eusebius loco citato loquitur, *Christum simplicem & communem, ac propter morum profectum, tanquam hominem tantùm, justificatum, & ex Viri & Mariæ consuetudine natum judicarunt: alii verò non negantes quidem, ex Virgine & Spiritu S. natum esse Dominum, eum tamen nihilominus Deum ante carnis nativitatem confessi non sunt*; & præterea juxtim cum prioribus illis Legi adhuc adhæserunt:) ex numero Discipulorum Hierosolymitanorum seu Nazaræorum sub Iacobo fuisse videntur. Nam priores illos, qui Christum Ioſephi filium esse existimarunt, tolleratos fuisse inter Christianos veteres, inque Ecclesiâ primitivâ, (quemadmodum quidem eos tolerari quoque opus erat, eò quod mysterium nativitatis ex Virgine, Christo in terris conversante, adhuc occultaretur, neminiq; credendum proponeretur,) tum exemplum Philippi Apostoli, aliorumq;, (de quibus p. 79. hujus libri actum est; quique cum fide hâc à Christo recepti sunt,) tum locus Iustini Mart. in Dial. cum Tryphone Iudæo, (in quo is suo adhuc tempore inter Christianos numeratos fuisse innuit, qui Christum hominem ex hominibus natum dicerent, crederentque,) satis docet. De posterioribus igitur, Christum ex Virgine per Spiritum S. natum esse credentibus, quique magis faventem semper præ illis prioribus sibi habuere antiquitatem, (prout id itidem ex Eusebio, Theodoreto, & Epiphanio in citatis locis apparet,) idipsum multò magis nunc credendum est, verumque esse colligitur. Et quidni posteriores hi in primitivâ Ecclesiâ fuissent tolerati? quandoquidem Ecclesia ipsa ex eis potissimùm constiterit, nullique, qui in ea Nazaræi dicti fuerint, præter hos monstrari possint? Hoc verò, quia multis mirum, asseruque durum sine dubio videbitur; pleroſque scilicet Christianos Hierosolymitanos Ebionæos dictos fuisse, illustri Origenis lib. 2. contra Celsum locô, in quo Origenem quoque ipsum Christianos Hierosolymitanos, vix Petro reliquisque Apostolis ad certum tempus exceptis, eo nomine appellasse apparebit, nunc probandum & confirmandum est. Ita ergò Origenes initio fere libri citati: *Celsus*, inquit, *ad fideles ex Iudaismo con-*

Ad pag. 73. De Nazaræis, seu Christianis Hierosolymitanis.

Ad pag. 73. De Nazarais, seu Christianis Hierosolymitanis.

conversos dicit, eos illectos & deceptos valdè ridendo m
do à Iesu, relictis patriis institutis ac legibus transfug
se ad nomen aliud, rationemque vivendi longe diversa
ne hoc quidem intelligens, (NB.) *quod Iudæi, qui in I*
sum crediderunt, non desciverunt à patria lege, vivu
enim juxta eam, (NB) *paupertati suæ Legis cognom*
nes facti. Nam & Ebion pauper apud Iudæos vocatu
& (NB) *Ebionæi dicuntur, qui ex Iudæis Iesum pro Chr*
sto receperunt. (οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων τὸν Ἰησοῦν ὡς Χριστὸν παρα
ξάμενοι. Quæ verba Gelenius ita reddidit: *à cæteris I*
dæis, qui Iesum pro Christo receperunt; acsi tantum
Judæis illi Ebionæi dicerentur, qui ex suis Iesum pr
Christo reciperent.) In quibus verbis Origenes disen
Iudæos, qui in Iesum credidêre, quales ferè omnes D
scipuli Hierosolymitani fuere, non descivisse ait à pat
lege; & hinc eosdem, pauperes Ebionæosque voca
vocarique dicit. Quid clarius? Imò, ut se nec Aposto
los prorsùs hîc excludere ostendat Origenes, adeòq
sententiam suam magis magisque confirmet & expl
cet, Petri quoque exemplum protinùs citat, & ai
Quin & Petrus videtur longo tempore juxta Mo
Legem observasse ritus Iudaicos, ut qui nondum ex Ie
didicerat à literali Lege ad spiritualem ascendere,
quod (addit) *ex Actis Apostolorum cognovimus, cap.* 10
&c. Et postquam verba illius capitis citasset: *Advert*
inquit, *quomodo hîc probet ritus Iudaicos Petrus, adh*
observans discrimen purorum & impurorum; atque
tiam ex sequentibus apparet visione opus ei fuisse, ut com
municaret sermonem fidei cum Cornelio homine alieno
cognatione Israelitarum. &c. Et mox allato alio Pet
exemplo: *In epistola quoque ad Galatas,* inquit, *Pau*
lus ostendit Petrum metu Iudæorum subduxisse sese à con
vivio gentium. Cum enim venissent ad eum quidam à Ia
cobo, secessit à gentibus circumcisos veritus, idemque fe
cerunt Iudæi reliqui & Barnabas. Vnde (addit) *conse*
taneum erat, non deficere à Iudaicis ritibus eos, qui
Circumcisos missi sunt. &c. Et tandem pluribus mon
strat, *hocipsum fuisse, quod Apostoli, dicente Christo Ioh.*
16, 12. *portare non valuerint, donec Spiritus veritat*
eos in omnem veritatem deducturus, juxta promissione
Iesu in Petrum venisset, dicens ad eum etiam tum super
stitione laborantem: Surge Petre, macta & manduca
&: *Quod Deus purificavit, tu cave commune dixeris*

ex quibus omnibus quis est qui non videat, Origenem tum Petri, tum Discipulorum Hierosolymitanorum, gentium convictum aversantium, exemplo id demonstrare voluisse, quod sibi contra Celsum probandum sumpserat, nimirum, Iudæos qui in Iesum crediderant, nullâ ratione à Lege desciviſſe, sed secundum eam adhuc vixisse? etiamsi quoque simul concedat & dicat, eos ita facientes Ebionæos seu pauperes vocari? Et proinde, teste Origene, plerique Christiani Hierosolymitani fuêre Ebionæi; adeòque Ecclesia primitiva Hierosolymitana potissimùm ex Ebionæis, ab Eusebio lib. 3. hist. Eccl. c. 27. & suprà, commemoratis, constitit, omnesque illi, qui à Veteribus Ebionæi dicti sunt, ex numero discipulorum Hierosolymitanorum seu Nazaræorum sub Iacobo fuere. Id quod nunc probari debuit. Ex hinc, nec dubitandum est, commemoratos ab Eusebio sub nomine aliorum Ebionitarum, veros esse Nazaræos: quandoquidem, ut suprà dictum est, nulli alii, qui Nazaræi dicti fuerint, præter hos posteriores monstrari possint. Ob eam causam omnes quoque Theodoreto antiquiores historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, quotquot scilicet istorum posteriorum mentionem faciunt, de Nazaræis, velut jam sub horum nomine descriptis, prorsùs tacent, eosque commemorare supersedent: & contrà, quotquot eorum Scriptorum Nazaræos commemorant & describunt, posteriores illos, sub Ebionitarum nomine, adeòque denuò quasi describere aut recensere, itidem prorsùs omittunt. Hæc verò omnia, quæ hucusque dicta sunt, illustri argumento nunc sunt persuadentq;, 1. Omnes illos, qui Ebionæi dicti sunt, reipsa quidem ipsissimos fuisse Nazaræos seu Discipulos Hierosolymitanos, verùm, postquam sub Adriano Cæsare (prout pag. 83. hujus libri indicatum est,) urbe & sedibus suis expulsi essent, aliique Christiani ex Gentibus in locum dignitatemque eorum succederent, qui se melius de Christo sentire credebant, ab his fortè per contemptum ita appellatos, & præterea, quod Legem adhuc observarent, observarique vellent; tanquam hæreticos rejectos & vitatos fuisse. 2. *Eusebium* quoque sub nomine Ebionitarum aliorum, de Nazaræis, seu Christianis Hierosolymitanis, pariter cum Augustino & Theodoreto *testari*, *ipsos* Chri-

Ad pag. 73. De Nazaræis, seu Christianis Hierosolymitanis.

Ad pag. 73. De Nazaræis, seu Christianis Hierosolymitanis.

Christum tantummodo hominem esse dixisse. 3. Sententiam Nazaræorum de Christo esse antiquissimam, apostolicam, unicèque veram, & per hos Nazaræos ad Artemonitas usque, imò diutius, prout superiùs patuit, fuisse propagatam. Ob quam antiquitatis veneration & majestatem factum quoque fuisse videtur, ut Nazaræi non æquè ob hanc suam de Christo sententiam modo à succedentibus sibi Christianis fuerint damnati, rejecti & reprobati, ac ob Legis quidem nimis superstitiosa observationem. Nam ob illam suam sententiam initio quidem nunquam eos damnatos, sed toleratos potius fuisse apparet. Et adstipulantur huic sententiæ Autores graviſſimi, Eusebius & Hieronymus. Nam iste, etiam si adhuc inclementior paulò, *posteriores suos Ebionitas* seu Nazaræos, *eâdem quidem quâ priores impietate subversos esse ait*: (per anathemata putà Christianorum recentiorum;) ne tamen id propter illorum sententiam de Christo quispiam factum esse existimaret, mox correctionis quasi locô veram subversionis istius causam subjungit: *præsertim*, inquiens, *quando & corporalem legis cultum perinde atq; illi sectari sategerunt*: indicans illos nisi hæc accessisset causa, alioquin adhuc toleratos fuisse. Hic verò, (Hieronymus,) disertè *Ebionæos ob solam Legis observationem à reliquis Christianis tandem rejectos esse* scribit. Nam in epistola 11. ad Augustinum: *Cerinthus*, inquit, *& Hebion, credentes in Christo, propter hoc solum* (NB) *à parentibus anathematizati sunt, quod Legis cæremonias Christi Euangelio miscuerunt: & sic nova confessi sunt, ut vetera non amitterent.* Et pergit: *Quid*, inquit, *dicam de Hebionitis, qui Christiani esse se simulant? Usque hodie per totas Orientis Synagogas inter Iudæos hæresis est, quæ dicitur Minæorum, & à Pharisæis nunc usque damnatur: quos vulgò Nazaræos nuncupant: qui credunt in Christum Filium Dei natum de Virgine Maria: & eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est, & resurrexit: in quem & nos credimus. Sed dum volunt & Iudæi esse & Christiani: nec Iudæi sunt nec Christiani.* Hucusque Hieronymus, satis innuens, tùm Ebionitas tum Nazaræos, ob solam Legis observationem à Christianis aliis primitùs fuisse reprobatos. Hinc scilicet factum quoque est, ut Epiphanius cum Augustino, in Nazaræis, præter solam il-

lam

Ad pag. 73. De Nazaræis, seu Christianis Hierosolymitanis.

um Legis observationem nihil prorsùs reprehenderit, velut hæreticum damnaverit. Contra verò ex totâ de Nazaræis deductione id nunc manifestum evaſit, omnes illos Christianos veteres & recentiores, quotquot scilicet Nazaræos seu Ebionæos fuisse concesserunt monstrantque, nec tamen in sententia de Christo cum illis consentiunt, contra seipsos tùm veritati testimonium reddere, tùm quoque sententiam ferre & pronunciare: eò quod Nazaræi isti, prout dictum monstratumque est, nulli alii esse possint, quam veri Apostolorum Discipuli, eorumque sententiæ hâc in parte sequaces & propagatores. Id quod pag. 73. monstrandum fuit, monstrarique hîc denuò debuit, ut vel in hoc de Nazaræis, seu Ebionæis dictis, exemplo clarissimè appareat, quantoperè Ecclesiæ mox post illorum ex urbe Hierosolymitana ejectionem immutatæ fuerint corrumpique cœperint. Summæ quippè perversitatis fuit, eos, qui Apostolicæ doctrinæ testes, propagatores & vindices hactenus fuerant, quique, etiamsi in nonnullis errarent, semper tamen ab Apostolis tolerabantur & pro fratribus, imò sanctis habebantur, Rom. 15, 25. 26. 27. 31. pro Ebionæis & Hæreticis habere, damnare, & proscribere, seseq; contra, hæreseos quam maximè reos, in locum istorum surrogare, proque Orthodoxis venditare; adeò, ut in hæc tempora verba & querela Egesippi omninò quadrent, quæ in Eusebii historiâ Eccl. lib. 3. c. 32. ita sonant: *Igitur ad ea usque tempora virgo pura & incorrupta mansit Ecclesia, iis qui sanum salutaris prædicationis canonem corrumpere conati sunt, si tum aliqui fuerunt, in obscura quadam caligine ad id usque temporis delitescentibus. Postquam autem sacer Apostolorum chorus differentem sortitus est finem, & generatio illa præteriit, quæ divinam sapientiam ipsis auribus audire meruerat, tunc impii erroris conspiratio per seductionem eorum, qui alienam doctrinam tradebant, initium cepit, qui etiam, quoniam nemo amplius superstes erat ex Apostolis, jam nudo vertice contra veritatis prædicationem falsi nominis scientiam ex adverso prædicare conati sunt.* Hucusque verba Egesippi: in quibus quàm verè dicatur, ab eo tempore canonem salutaris prædicationis corrumpi cepisse, impiique erroris conspirationem initium sumpsisse, partim jam mon-

monstratum est, partim verò mox in sequentibus quoque monstrabitur.

Ad pag. 82. De frustra quæsito Primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Judæis Christianorum, ceu ab ipsis Apostolis honoratorum.

Ad pag. 82.] Vidimus in præcedentibus, quantâ meritate Christiani Hierosolymitani ab ipso Origene Ebionitæ, adeòque Hæretici dicti fuerint. Quod sanè insigne impii erroris conspirationis initium fuit. Nam hunc autorem secuti mox sunt magno numero plures. Eusebius putà, Epiphanius, Hieronymus, Theodoretus & alii, qui omnes illos Judæo-Christianos Ebionæos dixêre, interque Hæreticos retulêre. Sed ut porrò eos Christiani ex gentibus deprimerent, deque existimatione suâ dejicerent, variis artibus & technis usi sunt, è quibus hîc duas tantùm huc spectantes delibabo. Priorem verò Carolus Bovius Episcopus Ostunensis, & Constitutionum Apostolicarum Interpres, jam suo tempore animadvertit. Nam cum constitutio olim aliqua tanquam Apostolica haberetur, quâ Christiani ex gentibus jubebantur Pascha eo tempore celebrare, quo id Christiani ex Judæis celebrarent: undè Epiphanius (prout verba ejus pag. 82. allegata sunt,) Apostolos ostendere voluisse ait, Christianos ex Judæis principes esse post illud tempus, debereque omnem mundum illis assentiri: visa est hæc constitutio Christianis ex gentibus intolerabilis, scopoque suo, qui erat, Judæo-Christianos deprimere, seseque extollere, minimè conveniens. Hoc ergo faciunt: Expungunt hanc constitutionem, teste Hallosio in vita Irenæi, & Carolo Bovio, paulò ante citatô, & pro eâ planè contrariam substituunt, hancque pro veteri Apostolicâ venditant. Nam in hâc novâ cavere jubentur, ne cum Judæis Pascha celebrarent, eò quòd nullam cum iis habere deberent societatem. Verba Caroli Bovii ex Scholiis ejus in dictas constitutiones hîc adscribere non pigebit. Ita verò ille: *In cap. 18. lib. 5.* inquit, *in quo traditur servandi Paschæ ratio, nihil jam annotandum est, sed id totum potius delendum, ut nothum ac novum; quod luce clarius perspici potest ex ea Epiphanii disputatione, qua utitur adversus Audianos imitantes in Paschæ observatione Judæorum consuetudinem. Narrat enim Epiphanius, Audianos sententiam suam defendisse auctoritate constitutionis Apostolorum, in qua cavebatur, ne alii talem Paschæ facerent ipsi, sed agerent Pascha quando*

(NB)

(NB) *fratres sui de circumcisione* (nova verò constitutio hos pro fratribus minimè agnoscit, & communionem cum iis ceu Hæreticis habere prohibet,) *agerent, neque id unà cum eis celebrarent, agnoscitque Epiphanius hujusmodi constitutionem, &c.* Et mox: *Quare*, inquit, *tantùm abest, ut ea, quæ in hoc capite legimus, Apostoli statuerint*, (nota hîc mendacium in novâ,) *ut etiam contraria horum ab ipsis præcepta videantur.* Hanc verò sententiam suam ut confirmet: *Præterea*, addit, *Orientales illi Iudaicum morem retinentes, nullam aliam excusationem, ut in Eusebio legimus, adferebant suæ observationis, nisi quod Iohannem & Philippum Apostolos imitarentur, testabaturque Polycarpus Iohannis Discipulus, se unà cum Iohanne eo die Pascha celebrasse. Neque mirum est* (pergit,) *Apostolos in illis Ecclesiæ rudimentis eo die inter se egisse Pascha, quo ipsi cum Domino egissent.* Hinc porrò constitutione novitatis manifestè convictâ ita concludit: *Quare nova est constitutio, fortasse edita post Concilium Nicænum, in quo Paschæ observatio ad eam rationem redacta fuit, ut post æquinoctium vernum quarta decima lunæ observaretur, & die Dominico, qui post plenilunium primus esset, Pascha celebraretur, quod factum est eâ præcipuè ratione,* (NB) *ut Iudæorum consuetudinem imitaremur*, (en Patres Nicænos, primos fortè iterum constitutionis Apostolicæ violatores, fratrumque, diligi, imò suspici jussorum, osores ac depressores!) *neque bis in eodem anno Pascha ageremus.* &c. Tandem hanc materiam concluſurus Carolus Bovius, ipsemet non leviter impingit, dum *viros pios Apostolicæ constitutionis verba deleviſſe aliaque reposuisse* suspicatur. Quasi verò viri pii esse possent, qui talia mendacia confingunt, odia conciliant, bonasque constitutiones depravant? Et tantum de prioris fraude. Altera à Christianis ex gentibus ad deprimendos Christianos ex Judæis, seseque extollendos, usurpata, in eo commissa est, dum ad Primatum suis Ecclesiis conciliandum, ceu quæ omnes vel Nicæni adhuc Concilii tempore ob antiquam Ecclesiæ Hierosolymitanæ prærogativam, honore hâc inferiores erant, habebanturque, ipsum Concilii Nicæni Canonem 7. honoris prærogativam Hierosolymitano Episcopo tribuentem, variè immutarunt corruperuntque. Nam

Ad pag. 82. De frustrà quæsito Primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Iudæis Christianorum, ceu ab ipsis Apostolis honoratorum.

cum

Ad pag. 82. De frustra quæsito Primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Iudæis Christianorum, ceu ab ipsis Apostolis honoratorum.

cum vetusta exemplaria, & inter hæc Sichardi ed. Parisina, Clementis Recognitionibus anno 1544. data, Canonem ita proferant: Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta Traditio, ut Æliæ Hierosolymarum Episcopo *primus* honor deferatur, habeat consequenter honorem, &c. in Carranzæ Summâ Conciliorum, quemadmodum quoq, in aliis recentioribus exemplaribus, vocabulum, *primus*, planè expunctum & erasum est, ne scilicet prærogativa Episcopo Hierosolymitano antiquitùs tradita, maneret; quam tamen & sensus verborum, certum aliquem & peculiarem honorem indicans, & Ruffini exemplar, quod lib. 1. hist. Eccles. cap. 6. in Eusebio ita habet: Et ut Episcopo Hierosolymorum antiquitùs tradita *honoris prærogativa* servetur: genuinam facit, adeòque inviolatam prorsùs relinqui jubet. Sed & præfatio Concilii Nicæni simile quid in deprimendis Hierosolymitanis attentavit. Nam cum priùs dixisset, Hierosolymitanum Episcopum *propter tanti loci reverentia ab omnibus haberi honorabilem*, (quæ verba similiter in Carranzæ Summâ Conciliorum falsationem passa sunt: (NB) quartam sedem Hierosolymorum Episcopo, pro eo, quod ab omnibus honorari debeat, ei tribuente:) *maximè quod illic primus beatissimus Iacobus, qui dicebatur justus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis, est Episcopus ordinatus*, (quo ipso convenientem quidem Cathedræ Hierosolymitanæ prærogativam concedit & confitetur:) mox tamen mirabilem, & longè quæsitam, imo ad deprimendos tantum Hierosolymitanos excogitatam rationem, quare scilicet nihilominus *prima sedes* in Hierosolymis esse non dicatur, adfert, dum ita addit: *Itaque* (ex antecedentibus verò non hoc, sed longè aliud concludendum fuisset: nisi fortè hic sequentium verborum sensus esse debeat, ut, etiamsi meritò & in rei veritate sedes prima in Hierosolymis sit, prima tamen dici non debeat, &c.) *secundum antiquorum Patrum definitionem* (ecquorum verò? Nam Patres quidem Nicænos honoris prærogativam Hierosolymitanis illibatam adhuc esse voluisse, paulò antè ostensum est? Fictio itaque hæc nova est!) *sedes prima in Hierosolymis esse minimè dicitur, ne forte ab infidelibus aut Idiotis sedes Domini nostri Iesu*

Chri-

Christi quæ in cælo est, in terrâ esse putetur. &c. Hem rationem! Eccur verò, si ratio hæc alicujus erat momenti, Epiphanius hær. 78. quæ est Antidicomarianitarum, expressè & disertè ait, dicereque audet: Dominum Jacobo (Hierosolymorum Episcopo,) primo *thronum suum* in terrâ concredidisse? Et annon Domini thronus omnibus Episcoporum sedibus excelsior est; primaque omnium sedium vel ab ipsis Idiotis esse cognoscitur? Eccur Clemens apud Eusebium hist. Eccl. l. 2. c. 1. & Ruffinus cum Methodio apud Mariannum Scotum fol. 351. scribit, Petrum, Iacobum & Ioannem, post assumptionem Salvatoris, quamvis ab ipso quoque Domino aliis essent prælati, gloriam tamen hanc (primatûs scilicet; quemadmodum antecedentia & consequentia indicant,) sibiipsis non vendicasse, sed Iacobum Iustum Hierosolymorum (adeòque primæ dignitatis & sedis) Episcopum constituisse? Undè & Chrysostomus Homil. 3. in Acta, Discipulos Domini ex singulari modestia Iacobo *solium* Episcopale concessisse scribit. Imò Ruffinus loco citato Iacobum expressè Episcopum Apostolorum constitutum dicere audet. Eccur deniq; quarta tantùm sedes Hierosolymitano Episcopo assignata est tandem, si allata ratio vera esset, & non tantùm ad eundem deprimendum & ab existimatione suâ dejiciendum excogitata fuisset? quandoquidem, si & secunda sedes ei tributa fuisset, rationi allatæ satisfieri potuisset? Verùm qui non adeò obesæ est naris, aut hospes prorsùs in historiis horum temporum, facilè, quorsum hæc tendant, sentit. Nitebatur, non tantùm Christiani Hierosolymitani dejiciendi erant de statu suo & deprimendi, sed & per illorum depressionem *primatus Ecclesiarum* quærebatur. Quod tamen ut citra manifestam injuriam, citraque vim aut fraudes obtineatur, impossibile est. Nam cui, quæso, Primatus ille dari posset potuissetque, postquam is, prout modò monstratum est, Iacobo Iusto Hierosolymorum Episcopo tùm à Christo ipso, tùm ab Apostolis, datus concessusque esse tam manifestè dicitur? Ecquis Episcoporum in toto mundo est aut fuit unquam, cui *ab ipso Domino, & ab Apostolis*, Episcopatus datus fuisse dicitur? quemadmodum id quidem de Iacobo testes indubitati referunt Eusebius & Epiphanius.

Ad pag. 82. De frustrà quæsito Primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Indæis Christianorum, ceu ab ipsis Apostolis honoratorum.

NB.

Prior

Ad pag. 73. De frustrà quæsito primatu Ecclesiarum per depressionem Hierolymitanorum ex Iudæis Christianorum, ceu ab ipsis Apostolis honoratorum.

Prior enim lib. 7. hist. Eccl. c. 19. expressè scribit, cobum Apostolum primum *ab ipso Servatore &* stolis Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopatum accep Posterior verò tùm in antè allegato loco, tùm in 29. quæ Nazaræorum est, Iacobum *à Christo Pont Episcopum constitutum esse* iterum scribit, testatur Et proindè prorsùs incredibile est, Petrum, quem modum aliqui contendunt, Episcopatus seu inspect nis Primatum alicui Romano Episcopo; *vivo* adhuc cobo Hierosolymitano Episcopo, cui primatum ist datum ab eodem fuisse vidimus, quique etiam succ sores Apostolicè itidem electos habuit, Simeonem nu rum, Justum, & alios, de quibus Egesippus apud sebium lib. 3. c. 11. 20. & 32. & Epiphanius in hær. quæ est Manichæorum, videri possunt, *vivo* quoq adhuc ipso Johanne Apostolo, quem usque ad Traj tempora pervenisse constans Autorum sententia est, disse aut concessisse? cum præterea incertissima quoq sint, imò falsa prorsus esse videantur, ex quibus hu rei fides elicitur petiturque. Fac enim *Petrum Rom liquando fuisse*, quod tamen mox etiam falsitatis argu tur, num hinc protinùs sequeretur, eum vel Lino v Clementi Episcopatûs & inspectionis primatum ded se? quandoquidem & alibi fuerit Petrus, nec tam primatus illius Ecclesiæ mox exinde colligatur? Im dederit etiam Petrus Romano alicui Episcopo prim tum, id tamen Jacobo, qui non à Petro tantùm, se & ab Joanne, alteroque Jacobo Apostolo, imò à Chr sto ipso, ordinatus & constitutus esse dicitur, nihil a huc derogaret. Sed quis tandem fabulæ istius, quo Petrus Romæ fuerit, auctor primus præter Papiam pud Eusebium; lib. 2. cap. 15. fingi & excogitari po test? Hic verò homo ab ipso Eusebio lib. 3. cap. 39 *admodum modici judicii fuisse, fabulosaque nonnulla relationibus suis adjecisse* dicitur, ut ei quidem fides habe ri nullâ ratione possit. Et quod cœmeteria aut tabe nacula Romæ ostensa sint Eusebii tempore, quæ nu cupationem Petri & Pauli habuerint, (quemadmodu Eusebius ipsemet lib. 2. cap. 25. refert,) id non ma probat Petrum Romæ fuisse, ibique vel docuisse vel mortuum esse, quàm Jacobum Apostolum ante dec lationem suam in Hispaniâ fuisse ibique docuisse, Co

posta

llæque jacere, etiamsi Compostella nuncupatio- ejus per multa secula habuerit habeatque. Nam si Jacobi nuncupatio fallere potuit, fefellitque, quemodum idipsum (quod quidem Jacobi prædicatio- in Hispania concernit,) Rodericus Ximenius Arpiscopus Toletanus, narrante Baronio sub Anno risti 816. in Concilio Lateranensi anno 1215. per ipturas Actaque Apostolica falsum esse evicit, adeò se quoque Baronius illius rationibus expensis se in ium revocasse fateatur, quæ in notis ad Martyrolom de adventu Jacobi in Hispanias aliquando asseruequidnî & hæc de Petro falsa esse potuerunt? At di- Receptiora hæc esse, quàm ut facilè negari debe- Resp. Sine dubio & hîc prædicti Papiæ autoritas tanstimata fuit, ut Irenæus, Tertullianus, & alii, qui ad quitatem ejus, majorem monente Eusebio credi- atque revera erat, respexerunt, errandi causam eo acceperint: quemadmodum scilicet Eusebius Irenæum & quamplurimos alios, imaginariâ illâ ejus anitate inductos, millenarios etiam quosdam annos post resurrectionem mortuorum futuros credidisse cepisseque fatetur, in quibus regnum Christi in hâc rrâ corporaliter consistere debeat: quos tamen inter egrinas & fabulosas Papiæ doctrinas Eusebius meritò censet & refert. Favet suspicioni de Irenæi aliorumve nimia credulitate, quod idem Irenæus alibi quoque, ubi de ætate Domini agit, traditioni suorum Seniorum de 50 annis Domini, quos habuisse dictus sit, nimis citò fidem habuerit. Vid. lib. 2. cap. 39. & 40. Quocirca nihil solidi est, quod pro Petro adferri possit, sed incertissimum manet, eundem Romæ unquam fuisse; adeoque primatus Ecclesiæ Romanæ huic argumento innixus sua sponte labascit. Contra verò argumenta Petrum Romæ fuisse negantia, eaque ex Scripturis petita, admodum manent verisimilia; ut, quod Paulus toties occasionem habens Petri, si Romæ fuisset, commemorandi, de eo tamen prorsus tacet, quodque Petrus ipse epistolam suam ex Babylone potiùs quàm Româ miserit, & quæ ejus generis sunt alia, à multis satis superque, præsertim verò à Sibrando Lubberto tractata defensaque. Quibus tamen omnibus meritò ipsum Clementis Romani de Petro silentium subjungitur, non

Ad pag. 80: de frustrà quæsito primatu Ecclesiarum per depressionem Hierolymitanorum ex Iudæis Christianorum, cen ab ipsis Apostolis honoratorum.

Ad pag. 82. de fruſtrâ quæſito Primatu Eccleſiarum, per depreſſionem Hieroſolymitanorum ex Judeis Chriſtianorum, ceu ab ipſis Apoſtolis honoratorum.

taciturî, ſi Petrus Romæ fuiſſet, ibidemque mor
eſſet. De quo ut eò rectius judicari poſſit, verba
nunc ex epiſtolâ ad Corinthios adſcribam. Ita ver
le: *Sed*, inquit, *ut vetera relinquamus, ad proxi
athletas convertat ſe oratio noſtra, & ſeculi noſtri g
roſa exempla proponamus. Propter æmulationem &
vidiam qui fideles & juſtiſſimæ Eccleſiæ columnæ era
ad mortem uſque acerbam perſecutionem paſſi ſunt,
namus nobis ob oculos ſanctos Apoſtolos. Propter æmu
tionem iniquam* (NB) *Petrus non unum aut alterum,
plures labores ſuſtulit, atque ita martyrium paſſus in
bitum gloriæ locum aſcendit.* (NB) *Paulus propter æm
lationem in vincula ſepties conjectus, verberibus cæſ
lapidatus, patientiæ præmium reportavit, & in orie
te ac occidente verbi præco factus, illuſtrem fidei ſuæ
mam ſortitus eſt, in juſtitia mundum univerſum inſtr
eus, & ad occidentis terminos veniens, & ſub Impe
toribus martyrium ſubiens, ſic è mundo migravit, &
locum ſanctum abiit, patientiæ ſummæ exemplar ex
ſtiens. Viris iſtis ſanctè vitam inſtituentibus magna
ctorum multitudo aggregata eſt, qui ſupplicia multa
tormenta propter æmulationem paſſi, exemplar optim
inter nos extiteruut.* Hucuſque verba Clementis. J
ecquis credat, Clementem, ſi Petrus non ſemel, ſ
bis, Romam ex oriente veniſſet, prout ſtatuere cogu
tur, qui eum jam ante Concilium Hieroſolymitanu
Romæ fuiſſe & docuiſſe aſſerunt; ſi primus Romana
Eccleſiam fundaſſet erexiſſetque, ſi cum Simone Mag
Romæ certaſſet, ſi demùm Romæ & in Occidente ma
tyrium ſubiiſſet; Clementem, inquam, eumque Petr
ſucceſſorem, prout vulgò creditur, & ubi is tam Petr
quàm Pauli labores & martyrium Corinthiis ob oculos
ponere cœperat, ne uno quidem verbo Petri in occi
dentem adventum aut doctrinam fuiſſe indicaturum,
ſed eô quaſi prorſùs neglectô breviterque tantùm com
moratô, unius tantum Pauli itinera & adventum in
Occidentem, eumque bis, cum additâ quoque doctrinæ
Pauli inſigni commendatione, deprædicaturum & com
moraturum? præſertim cum non minùs illius, quàm
hujus exemplum, Corinthiorum animos commovere
potuiſſet? Et proindè quàm incredibile hoc nunc eſt,
tàm quoque incredibile eſt, Petrum Romæ unquam
fuiſſe;

Ad pag. 82. de frustra quæsito Primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Iudæis Christianorum, cum ab ipsis Apostolis honoratorum.

…e, ibidemque Romano Episcopo, sive is Linus fuerit, sive Clemens, (nam & de eo ipsi primatus assertores adhuc inter se contendunt, incertique sunt, adeòque primatum illum vel hâc ipsâ suâ dubitatione aut ignotiâ magis magisque suspectum reddunt,) primatum tenuisse: manetque adeò ratum adhuc firmumque, Ecclesiam Hierosolymitanam principatum temporibus Apostolicis obtinuisse, huncque ad usque Nicæni Concilii tempus, & quod excurrit, quemadmodum antea constratum est, *primo eidem tributo honore*, permanere. Nam non omnem mox post Hierosolymis ab Adriano Cæsare ejectos Judæo-Christianos principatûs eius memoriam fuisse obliteratam, illud præterea docet, 1. quod *Patres Concilii Constantinopolitani apud Theodoretum lib. 5. hist. Eccl. cap. 9.* non agnito ullo Romanæ Ecclesiæ primatu, *Ecclesiam Hierosolymitanam omnium Ecclesiarum Matrem appellant*, eique secundum veterem sanctionem (ut loquuntur,) & definitionem Nicænorum Patrum Cyrillum Episcopum præferisse in literis ad Damasum Romanum Synodumq; Romæ collectam indicant, hæc verba demùm, primatui Romani Episcopi adversantia, subjungentes: *Quibus à vobis legitimè ac canonicè præfectis vestram quoque pietatem delectari* (NB) *volumus*: non aliter scilicet, atque Antiocheni Patres olim fecerant, qui primatum Romani Episcopi ignorantes, depositoque per provinciales Paulo Samosateno, in literis ad Dionysium Romanum, Maximum Alexandrinum, & alios orbis Episcopos, missis, ita apud Eusebium lib. 7. hist. Eccles. cap. 30. ajunt: *Paulum excommunicavimus, & alium in locum illius, Domnum videlicet, Episcopum constituimus, vobisque significavimus*, (NB) *ut huic scribatis, & ab eo communicationis literas accipiatis.* 2. Quod *Hieronymus in Epist. ad Rusticum*, ubi presbyterum non alium esse docet quàm Episcopum, etiamsi Romana consuetudo aliter ferret, in ejusmodi dubiis rebus non Romam, (quam non obscurè carpit & perstringit,) sed *Hierosolymam* potiùs, eamq; *titulo Matris omnium Sanctorum decoratam*, respicere jubet: *Respice*, inquit, *Hierusalem, Matrem omnium Sanctorum: ornatam Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & Angelis Dei. Ipsius consuetudinem sequere, ipsius Sacramenta custodi. Nihil tibi sit com-*

Ad pag. 82. de frustra quæsito Primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Judaïs Christianorum, ceu ab ipsis Apostolis honoratorum.

mune cum cæteris, (NB. hîc haut obscurè Romanæ Ecclesiam perstringere incipit Hieronymus,) *qui errorem suum illicitâ præsumptione defendunt: & consuetudinis dicunt esse quod non est. Nam* (addit) *si aliquis strum præteriti temporis consuetudinem possit agnoscere probarem tibi hoc quod loquor ab initio semper, cum Apostoli prædicarent, in Ecclesiis fuisse servatum: & propter modum odio singulorum vitiata aliqua, aliqua præsumpta.* Hucusque Hieronymus: A quo non longè quoque abit tùm Augustinus epist. 86. ad Casulanum, tùm *Firmilianus* Cæsareæ Cappadocum Episcopus celebemus, in epist. 75. ad Cyprianum, postquam Stephanum Romanum falsò Traditionem Apostolorum allegasse dixisset, ita scribens: *Eos autem qui Romæ sunt, non ea in omnibus observare, quæ sint ab origine tradita, & frustrà Apostolorum auctoritatem prætendere, scire quis etiam indè potest, quod circa celebrandos dies Paschæ, & circa multa alia divinæ rei Sacramenta, videat esse apud illos aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter,* (NB) *quæ Hierosolymis observantur.* Indicans scilicet, Romanos Episcopos quàm maximè ab observatione Hierosolymitanorum abivisse, & si quisquam propter traditiones rejectas incusari debeat, ipsos propterea inprimis fore incusandos. 3. Denique, quod *Ecclesia Orientalis* secundum morem Nazaræorum seu Discipulorum Hierosolymitanorum *Sabbati quoque diem, idque ad nostra ferè tempora, festum egisse deprehenditur.* Quâ de re inter alios Baronius sub Anno Christi 57. §. 203. ita scribit: Non tantùm illud penes eos (Orthodoxos Orientales) introductum fuit, ut diem Sabbati absque jejunio ducerent, sed etiam ut magnâ cum hilaritate transigerent, sacrosque conventus perindè ac ipsâ die Dominicâ haberent. Sunt (addit) de ejusmodi institutione complura antiquorum testimonia in Clementis Constitut. lib. 7. cap. 24. & Socrat. hist. lib. 6. cap. 8. Gregorius Nyssenus (inquit porrò,) in eâ oratione, quam habuit adversus eos, qui ægrè ferunt reprehensiones, hæc eadem in hunc fermè modum: Quibus oculis vides diem Dominicum, qui despicatus es Sabbatum? An nescis, quod hi dies fratres sunt? Quod si alterum probro affeceris, alterum offendis. Et Anastasius

Nicænus lib. quæſt. q. 77. Sabbatum, inquit, & di- *Ad pag. 82.*
Dominicus ſunt dies ſancti & feſti, neque licet in *de fruſtrà*
jejunare. Sic igitur (ait Baronius materiam hanc *quæſito pri-*
concluſurus,) *Catholici Sabbatum non ſecus ac Domini-* *matu Ec-*
cum diem celebraudum eſſe duxerunt. &c. non autem Ju- *cleſiarum*
daicè, quod faciebant, ut ſcribit Euſebius lib. 3. c. 21. *per depreſſi-*
Ebionæi. Et mox idem Baronius: Aliâ tamen ex parte, *onem Hiero-*
inquit, Ebionæis faviſſe ipſa Orientalis Eccleſia viſa eſt: *ſolymitano-*
jam & hi pariter colebant diem Sabbatum atque Do- *rum ex Iu-*
minicum. *Hucuſque Baronius*, veſtigia principatûs Hie- *dæis Chri-*
roſolymitanorum in ipſâ Catholicâ Eccleſiâ ſat diu du- *ſtianorum,*
rantis, oſtendens. Neque eſt, quod aliqui primatûs *eeu ab ipſis*
Pontificii aſſertores vel Clementis ad Jacobum fratrem *Apoſtolis*
Domini, Anacletique epiſtolas, in quibus Romanus *honorato-*
Epiſcopus ſupra omnes alios ab Apoſtolis conſtitutus *rum.*
eſſe dicatur, vel Irenæi verba, qui lib. 3. c. 3. poten-
torem principalitatem Eccleſiæ Romanæ tribuit, vel
denique Victoris Romani Aſianis intentatam excom-
municationem, urgeant. *Primum* enim epiſtolarum ci-
tatarum teſtimonium adeò dilutum eſt, ut ipſimet Pon-
tificii ipſas quoque has epiſtolas pro apocryphis & non
authenticis, imò merè confictis & ſuppoſititiis habe-
ant; nominatim verò *Cuſanus Cardinalis*, donationem
Conſtantini eodem quoque loco habens, *lib. 3. de con-*
cord. Cath. cap. 2. expreſsè ita ſcribat: *Sunt*, inquit,
meo judicio illa de Conſtantini donatione apocrypha, ſic-
ut fortaſſis etiam quædam alia longa & magna ſcripta
Sanctis Clementi & Anacleto Papæ attributa, in qui-
bus (NB. Hîc unà nobiſcum digitum intendere incipit
Autor in ſuetas artes & fraudes Pontificiorum pro ſta-
biliendo ſuo primatu, ſeſeque vel ſupra Eccleſiam Hie-
roſolymitanam, ejuſdemque primum Epiſcopum Jaco-
bum Domini fratrem impudentiùs extollendis: de qui-
bus eorum artibus jam ſupra quoque pag. 116. & ſeqq.
actum eſt:) *volentes Romanam ſedem plus quàm*
Eccleſiæ expedit & decet exaltare, (fingendo ſcilicet,
prout Autor mox quoque innuit, Clementem fuiſſe
Papam, Petrique, imò ab ipſo Petro ei ſuffectum in
regendâ Univerſali Eccleſiâ ſucceſſorem, huncque pro
datâ ſibi poteſtate ad dictum Jacobum Hieroſolymo-
rum Epiſcopum ſcripſiſſe, eique nonnulla mandare &
præcipere potuiſſe, præcepiſſeque:) *ſe penitus aut qua-*

Ad pag. 82. de frustrà quæsito Primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Iudaïs Christianorum, cum ab ipsis Apostolis honoratorum.

si fundant: (en primatûs Pontificii fundamentum! sis Pontificiis apocryphum, lubricum, & nullum moxque idem Cusanus scripta illa supposititia esse ar mentis nonnullis porrò probat evincitque, Bellarm eidem postea quoque lib. de Script. Eccles. unà cum S to Senensi in Biblioth. sanct. & aliis, adstipulan Verba autem illius residua hæc sunt: *Nec*, inquit, *omnibus Veterum ante Augustinum Scripturis de illis pr fatis epistolis mentio habetur; & etiam ipsæ epistolæ plicatæ ad tempus eorum Sanctorum, seipsas* (NB) *pr dunt. Scribitur in Clementis epistolis, quomodo Papa f rit, & Petri Successor: Et post Petri mortem ad sanct Iacobum has* (NB) *fingit Scriptor mississe epistolas, fuit frater Domini, & Hierosolymorum Episcopus: tamen octo ante Petrum annos martyrio vitam finier Scribitur quoque ipsum Clementem successorem fuisse P tro, & hoc idem in aliis, quæ sancto Anacleto adsc buntur. Quomodo sancti Viri Hieronymus, Augustin Optatus Milevitanus, & cæteri, qui omnium Roma rum Pontificum catalogum posuerunt, hoc ignorasse qui Clementem non interserunt, vel saltem non immed tè post Petrum ponunt: si istas epistolas aut tunc vid sent, aut pro authenticis habuissent. Invenitur insup* (pergit idem Cusanus,) *in ipsis epistolis de Episcoporum Sacerdotibus differentia, quæ longo post hoc, ut Hieron mo* (NB. hæc Hieronymi suprà quoq; indicata vide is jam suo tempore supposititias aliquas Romanensium consuetudines tanquam errorem illicitamque præsumptionem taxat, & propter ejusmodi vitiata aut depravata aliqua unius Hierosolymæ consuetudinem spectandam observandamque esse monet:) *& Damasoplacet, in Ecclesia orta est.* Hucusque Cusanus Cardinalis qui, quod de eâdem nobiscum materiâ, nimirum de Concordiâ Catholicorum, scribens, eadem hæc nobiscum taxavit, emendandaque Ecclesiæ proposuit, à nobis hîc præteriri minimè debuit: quin potiùs vel per ipsum monstrandum fuit, primum pro primatu Ecclesiæ Romanæ allatum citatarum Clementis Anacletique epistolarum testimonium apocryphum esse, *fruströque Romanam sedem argumentis his ambiguis*, prout ea Cusanus mox quoque nominat, *sese juvare. Alterum* ex Irenæo lib. 3. c. 3. adductum testimonium sive argumentum

mentum itidem frustraneum & nullum est. Nam si Irenæus per potentiorem principalitatem, de qua loquitur, & propter quam ad Romanam Ecclesiam omnem Ecclesiam, hoc est, (prout ipsemet explicat,) *eos qui sunt undique fideles*, convenire necesse esse dixit, indicare voluisset, Romanam Ecclesiam *ab Apostolis* primatum accepisse supra omnes orbis Ecclesias, ita ut propterea & sola infallibilis esset, & secundum eius solius nutum, jussa, & sententiam, omnia in reliquis orbis Ecclesiis fieri, disponi, & doceri deberent, (hæc enim omnia primatus ille, de quo loquimur, in se complectitur & continet,) 1. minimè sibi is proposuisset, ex *omnium* Ecclesiarum successionibus doctrinæ fideique suæ veritatem ac certitudinem contra hæreticos probare, dicendo: *Sed quoniam valde longum est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones*, &c. 2. minimè quoque post enumeratam successionem Episcoporum Romanorum, ceu in doctrina consentientium, tùm Smyrnensem Ecclesiam, cum Asiaticarum Ecclesiarum successoribus, tùm denique Ephesinam, eamque tanquam à Paulo fundatam, & à Johanne per longum tempus eruditam, huic fini allegasset addidissetque, adeòque probationis vim ex æquo quasi inter has tres distribuisset; 3. minimè demùm in capite seq. idem docuisset, *disceptatione de aliquâ quæstione ortâ, ad antiquissimas Ecclesias, in quibus Apostoli conversati sint*, (quæcunque scilicet eæ forent,) *recurrendum esse*, ut decisio inde haberetur: sed potiùs unam tantùm Romanam Ecclesiam, ceu aliarum omnium caput, & quæ sola infallibilis esset, in omnibus his allegandam, unicèque consulendam esse statuisset indicassetque. Quocirca non alia ratione *potiorem principalitatem* Romanæ Ecclesiæ tribuit Irenæus, quàm quâ vel ipse eandem *antiquissimam* quoque esse dicit: puta, *inter suburbicarias Ecclesias*, (prout Ruffinus apud Eusebium lib. 1. cap. 6. ubi sextum Nicæni Concilii Canonem interpretatur, eas omnes appellat, quarum solicitudinem Romana Ecclesia tum temporis gesserit,) non verò simpliciter; quandoquidem Hierosolymitana omnium prima sit, antiquitateque omnes superet, etiam Romanam: vel, quâ ipsi etiam Orientales Episcopi apud Sozomenum lib. 4. c. 8. Romanam

Ad pag. 82: de frustrà quæsito primatu Ecclesiarum per depressionem Hierosolymitanorum ex Indæis Christianorum, ceu ab Apostolis honoratorum.

Ad pag. 82. de frustrà quæsito primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Iudæis Christianorum, cum ab ipsis Apostolis honoratorum.

Ecclesiam, nullo licet ejus agnito primatu, amplitudine & multitudine Ecclesiæ abundare concedebant. Sed hæc nunc, & alterum ex Irenæo petitum pro primatu Ecclesiæ Romanæ argumentum sive testimonium dudum prorsùs, imò falsum esse docent & evincunt. *Tertium* pro primatu ejusdem Ecclesiæ argumentum, ex Victoris Episcopi Romani Asianis intentata excommunicatione petitum, de quo Eusebius lib. 5. hist. Eccles. cap. 25. agit, æquè infirmiter atque priora duo, illud probat, quod probare debebat. Nam tantùm abest, ut ex hâc de Paschate controversiâ, ob quam Victor Asianos, diversum cum antiquis Christianis Hierosolymitanis seu Nazaræis morem in Paschatis celebratione sequentes & observantes, excommunicare conabatur, primatus Ecclesiæ Romanæ supra omnes alias colligi possit, ut contrarium potiùs exinde manifestè sequatur. Si enim hæ Asiaticæ Ecclesiæ diversum à Romana Ecclesia morem, diversamque traditionem semper secuti sunt, si quoque Victori sese nulla ratione subjicere voluerunt, prout Eusebius ibidem annotat, sed constanter in sententia sua antiqua permanserunt, si denique ex cap. 23. & 24. clarissimè apparet, Ecclesias Asiaticas singulas in suis provinciis, & seorsim à Romano Episcopo, Synódos celebrasse, sententiamque suam propriam de motâ quæstione tulisse; ecquis tam ineptus inposterum erit, ut credat, Ecclesiam Romanam primatum supra Orientis Orbisque universi Ecclesias habuisse, adeò ut à nutu suo reliquæ omnes penderent? Neque verò hoc ipsum intentata Asianis à Victore excommunicatio evincit. Nam si solus excommunicationis actus primatum Ecclesiæ evincit, & Antiocheni Patres Samosatenum excommunicantes, (de quibus suprà pag. 123. actum est,) & Orientales, Antiochiæ itidem congregati, & non tantùm Athanasium, sed & mox ipsum quoque Julium Romanum Episcopum cum Ὁσίο Confessore aliisque multis deponentes & excommunicantes, (de quibus Sozomenus lib. 3. hist. Eccles. cap. 11. legi potest,) primatum illum supra alios omnes habuissent. Nimirum, conati quidem sunt nonnunquam hi vel illi latâ excommunicationis sententiâ, alios terrere, imò, si Principes haberent faventes, eosdem etiam ab officio deponere, (quod Samosateno & Athanasio factum est,

Ad pag. 82. de frustrà quæsito primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Iudaïs Christianorum, cum ab ipsis Apostolis honoratorum.

, narrante Eusebio lib. 7. hist. Eccles. cap. 30. & Sozomeno lib. 3. cap. 5.) Ecclesiis aliis utplurimum scribentes, ut à se excommunicatos ad nullam communionem admitterent, neque literas illis mitterent, nec ab illis missas reciperent; id quod Samosateno depositio, Julioque Romano ab Orientalibus excommunicato factum esse, Eusebius lib. 7. cap. 30. & Sozomenus lib. 3. cap. 11. testantur: verùm, non quod primatum supra alios ab Apostolis sibi traditum, haberent, id fecerunt, sed quod sibi potestatem hanc privatâ autoritate arrogarent: cum alioquin primitùs Ecclesiæ tantùm ab Apostolis, ut hæreticos vitarent, sibique ab illis caverent, monerentur. Quocirca fruſtrà jam sunt omnia argumenta pro primatu Ecclesiæ Romanæ allata; & verum potiùs manet, quod suprà citatus Cardinalis Cusanus lib. 2. cap. 12. per ingenuam confessionem indicat: nimirum, *Episcopum Romanum tempore Concilii Nicæni, ex more omnium suorum* (suburbicariorum) *Episcoporum habuisse potestatem, paremq; Alexandrino ex more in suos rebellem fuisse: adeòq; illum æquatum esse reliquis Patriarchis*: (prærogativâ scilicet honoris, prout & superiùs p. 118. patuit, soli Episcopo Hierosolymitano traditâ & relictâ:) *Et videmus*, inquit porrò, *quantum Romanus Pontifex* (NB) *ultra sacras antiquas observationes* (NB) *ex usu & consuetudine subjectionalis obedientiæ hodiè acquisivit.* Nam id adeò certum est, Romanum Episcopum olim aliis tantùm Episcopis æquatum fuisse, ut & *Hieronymus* in epist. ad Evagrium, postquam in primitiva Ecclesia eundem fuisse Episcopum & Presbyterum monstrasset, contrà quàm Romæ fiat, disertè ita scribat: *Si auctoritas quæritur, Orbis major est urbe* (Româ.) *Ubicunque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Regii, sive Alexandriæ, sive Thanis; ejusdem meriti, ejusdem & Sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas, vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum facit. Cæterum omnes Apostolorum successores sunt*: moxque Romam urbium tantùm aliquam nominans, cujus consuetudo non protinùs legem toti Ecclesiæ faciat, hæc verba adhuc addat: *Quid mihi profers unius urbis consuetudinem? quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges Ecclesiæ venditas?* & *Orientales Episcopi* in Synodo Antiochenâ

congregati, (quos ipsum Julium Romanum Epi-
pum cum aliis tandem excommunicasse paulò ante
ctum est,) apud Socratem lib. 2. hist. Eccles. cap. 15.
Sozomenum lib. 4. cap. 8. Julio Romano vehemen-
exprobraverint, quod is Athanasium & alios, à se
Ecclesia ejectos in communionem recepisset, adeòq
decretum ipsorum contra constitutiones Ecclesiastic
singulis provinciis propriam jurisdictionem vendica-
tes, abrogasset; tandemque addant, (NB) nec præce-
sores suos contradixisse, quum Novatianus Roman
Ecclesiâ pulsus esset, nec se eam ob causam (respect
Ecclesiæ Romanæ) debere posteriores ferre, quod
nec amplitudine nec multitudine Ecclesiæ abundaren
Ex quibus horum omnium autorum verbis nunc tan-
dem satis constare potest, nihil prorsùs esse, quod ali-
qui primatum Ecclesiæ Romanæ tantoperè urserint.
Nam non tantùm clarè hucusque & fusè probatum est,
primatum ejusmodi apocryphum & nullum esse, sed
Hierosolymitanos veriùs prærogativâ olim aliquâ ex-
celluisse. Quod tamen non eò nunc dictum volo, ad
crederem, Episcopos Episcopis præferri debere, sed ut,
siquidem aliquis præferri aliis deberet, digniorem Hie-
rosolymitano neminem me in totâ antiquitate, cujus
hanc Deductionem non minimam neque postremam
partem esse judico, reperire innuam, & ne inposterum
sit, undè alius pro alio, allatâ Ecclesiæ suæ prærogativâ,
suôque adeò Apollô, vel Cephâ, vel Paulô, &c. (no-
visque, post conculcatos Veteres, sub isto titulo confictis
& introductis doctrinis,) contra alium infletur; 1 Cor.
4. 6. utque singuli potius errorum suorum commoniti
& convicti humilius desse sentire, discant, diversa senties-
tes tolerare incipiant, cumque iis demum tum veritatem
tum pacem exambiant, exosculenturque.

Ad pag. 82. de frustrà quæsito primatu Ecclesiarum, per depressionem Hierosolymitanorum ex Judaïs Christianorum, ceu ab Apostolis honestatorum.

Ad pag. 84. de usu gladii, bello, militiâ, Magistratu, &c. post Christum & Apostolos ab universâ primorum seculo-

Ad pag. 84.] Ut clarissimè probem, regni mundani administrationem cum eò spectantibus, ab universâ antiquâ Ecclesiâ in Christianis fuisse improbatam, Patrum citatorum Loca, de prohibito Christianis gladii usu, o-
dio, bello, militiâ, Magistratu, judiciis capitalibus, ter-
renisque possessionibus non adamandis, agentia, unani-
memque illorum usque ad ipsum Concilium Nicænum,
in prohibitione hâc consensum fuisse testantia, bre-
viter hîc nunc annectam. Primus enim *Ignatius* in epist.

ad

ad Ephes. ſecundum exemplar latinum, poſtquam *ſolam* patientiam & manſuetudinem Chriſtianam, & quod pro inimicis ſit orandum, docuiſſet: *Nihil*, inquit, *eſt melius pace; in quâ omne bellum evacuatur cæleſtium & terreſtrium: quorum nullum vos latet, ſi perfectè in Ieſum Chriſtum habeatis fidem & charitatem.* Et *Polycarpus* in epiſt. ad Philip. *illud* Chriſti & Apoſtolorum: Non reddentes malum pro malo, &, Nolite judicare, ut ne judicemini, &c. &, Beati pauperes ſpiritu, & qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, unà cum longè proſcribendâ avaritiâ, (eò quod nihil in mundum intulerimus, neque auferre poſſimus,) omníque itacundiâ, *ſemper tantùm* inculcat. Rurſus verò *Iuſtinus Martyr* in Apol. II. pro Chriſtianis: poſtquam dixiſſet, *Chriſtianos facultates ſuas in commune conferre, & cum indigentibus quibuſque communicare*, (NB) *ab odio verò & cædibus, juramentiſque abſtinere, & pro inimicis orare*, eoſque id à Chriſto juſſos eſſe, illius verbis mox allegatis prolixè monſtraſſet, ceu qui & theſauros in terra recondere, unà cum ſolicitudine de victu & amictu, quemadmodum & iraſci, prohibuerit: his demum ſequentia, de contrario modo & more viventibus Chriſtianis ſubjungit: *At enim*, inquit, *qui non ita vivere comperiuntur, ſicut ille* (in allegatis puta ab ipſo verbis,) *docuit, certum id documentum eſt, non eſſe Chriſtianos, quamvis doctrinam Chriſti linguâ profiteantur*: (Hîc aures nunc arrigite Chriſtiani! & Chriſtianam diſciplinam vel per hos Veteres, ordine allegatos allegandoſque, diſcite!) *Non enim profitentes tantùm, ſed operibus ſimul profeſſionem confirmantes ſalvatum iri dicit. Sic enim ait: Non quiſquis mihi dicit, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt. &c. Hucuſque Iuſtinus.* Cujus coætaneus *Athenagoras in Apol. pro Chriſtianis*, ferè in initio, ita ſub perſona Chriſtianorum ſui præcedentiſque temporis loquitur: *Hæc* (facultatum noſtrarum honoriſque damna) *etiamſi vulgò maximi fiant, contemnere ſolemus. Non ſolùm enim ſi vapulemus, regerendis verberibus abſtinere: & iis, qui nos noſtraque invadunt aut diripiunt, litem nullam intendere didicimus: ſed inſuper illis, quamvis colaphum inflixerint, alteram quoque capitis partem præbere*: his verò

rum Eccleſiâ, in Chriſtianis improbata.

Ad pag. 84. de usu gladii, bello, militiâ, Magistratu &c. post Christum & Apostolos ab universâ primorum seculorum Ecclesiâ, in Christianis improbato.

verò si tunicam abstulerint, pallium etiam addere. Et sub finem ferè: *Quomodo*, inquit, *quisquam vel homicidij vel humanarum carnium epulationis insimularet illos*, (Christianos innuit,) *quos* (NB) *ne justè quidem occidendi hominis supplicium intueri velle aut posse cognoverit? Quis non spectacula illa, in quibus gladiatores & belluas populo, præsertim vos Imperatores exhibetis, maximi facit? Nos verò non ita multum, sive spectator sit aliquis, sive auctor cædis, interesse judicantes, alieno ab his spectaculis animo sumus. Quomodo igitur qui ne quidem quæ ab aliis fiunt, ne quid inde sceleris & piaculi in nos redundet, videre sustinemus, homicidium committemus ipsi? &c.* Et *Theophilus* Athenagoræ successor, *lib. 3. ad Autolycum*, commemoratis Christi de perfectiori castitate, inimicorumque dilectione, præceptis, ad eundem ferè modum: *Nunc*, inquit, *vide, an hi qui talia docentur, taliaque discunt, possint more brutorum animalium vivere, & pollui nefariis commixtionibus: aut possint, quod quidem omnium immanissimum est, carnes humanas attingere? præsertim cũ* (NB) *etiam monomachias spectare nobis interdictum sit, ne videlicet participes hujusmodi cædium reddamur.* Hujus æqualis *Tatianus in Orat. contra Græcos*, sub persona Christiani: *Nolo*, inquit, *regnare, non libet diteſcere, militarem præfecturam aspernor, scortationem odi, navigare per avaritiam non cupio, certantium coronas non desidero, &c.* Tatianum sequitur *Irenæus*, qui *lib. 4. adv. hær. cap. 27.* expressè quoque ita scribit: *Dominus pro eo, quod est, Non mœchaberis, non concupiscere præcepit: & pro eo, quod est, Non occides, neque irasci quidem: & pro eo, quod est, Decimare, omnia quæ sunt, pauperibus dividere: & non tantum proximos, sed etiam inimicos diligere: & non tantum bonos datores, & communicatores esse, sed etiam adversus eos qui tollunt nostra, gratuitò donatores. Tollenti enim tibi tunicam, remitte ei & pallium, & ab eo qui tollit tua, non reposcas, &c.* Et *cap. 67.* idem Irenæus ait, *Christianos*, postquam Christus pacem annunciavit, & Apostoli ab Hierusalem exeuntes eam docuerunt, secundum prophetiam Es. 2. *gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricasse, & (NB) jam nescire pugnare, sed percussos & alteram maxillam præbere.* Porrò *Tertulliani ex Apologet. cap. 21.* citatus, & pag. 85. descri-

descriptus locus, ita integrè habet: *Ea omnia* (miranda Christi acta) *super Christo Pilatus & ipse jam pro sua conscientia Christianus Cæsari tum Tiberio nunciavit. Sed & Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent seculo necessarij, aut si & Christiani potuissent esse Cæsares.* Et c. 46. ita loquitur Tertullianus: *Christianus nec in pauperem superbit. Et si de modestia certem, ecce Pythagoras apud Thyrios, Zeno apud Prienenses tyrannidem affectant: Christianus verò* (NB) *nec ædilitatem. &c. Hippias dum civitati insidias disponit, occiditur; hoc pro suis omni atrocitate dissipatis nemo unquam Christianus tentavit.* Et hîc mox illa verba subjungit: *Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdà à regula (dictæ) disciplinæ:* respondetq; *Desinunt tum Christiani haberi pones nos.* Quod iterum à Christianis notari velim! Idem Tertullianus lib. de Idololat. c. 17. & 18. *Proximè disputationem subortam esse* ait, (fortè à Christianis mundanæ gloriæ jam addictioribus,) *an servus Dei alicujus dignitatis aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie Idololatriæ intactum se aut gratia aliqua aut astutia etiam præstare possit: secundum quod & Ioseph & Daniel mundi ab Idololatria, & dignitatem & potestatem administraverunt, in ornamento & purpura extitêre totius Ægypti sive Babyloniæ?* & postquam honorē hunc satis circumscripsisset, ita ut nec Ethnicæ superstitionis quippiam, neq; juramentum ullum, neq; ulla capitalia judicia, aut vim, Christiano permitteret; (quod adeò clarum est, ut Pamelius quoque in suis ad hæc Tertulliani verba notis ita scribat: *Tum hinc, tum cap. 19. videtur Tertullianus in eâ fuisse sententiâ, Christiano non fuisse licita capitalia judicia, etiamsi in potestate seu Magistratu constitutus esset. &c. Quo pertinere videtur illud, quod habet infrà lib. de coron. mil. cap. 11. Et vincula & carcerem, & tormenta, & supplicia administrabit?*) imò, postquam *dæmonia Magistratus esse seculi hujus, unius collegij insignia, fastes & purpuras gestare,* dixisset: *Iam nunc,* inquit, *quid de Ioseph & Daniel argumentaris, scito non semper comparanda esse vetera & nova, rudia & polita, cœpta & explicata, servilia & liberalia. Nam illi etiam servi conditione erant: tu verò nullius servus, in quantum solius Christi, qui te etiam captivitate seculi liberavit, & formâ*

NB. NB. NB.

Ad pag. 84. De usu gladii bello, militiâ, Magistratu, &c. post Christum & Apostolos ab universâ primorum seculorum Ecclesiâ in Christianis improbato.

Ad pag. 84. de usu gladii, bello, militiâ, Magistratu, &c. post Christum & Apostolos ab universâ primorum seculorum Ecclesiâ in Christianis improbato.

formâ Dominicâ agere debebis. Ille Dominus in humilitate & ignobilitate incessit domicilio incertus &c. vestitu incultus &c. vultu denique & aspectu inglorius. & Si potestatem quoque nullam ne in suos quidem exercuit, quibus sordido ministerio functus est: si regem se deinque fieri, conscius sui regni refugit: (NB) *plenissimè dedit formæ suis dirigendo omni fastigio & suggestu tam dignitatis quàm potestatis. Quis enim magis his usus fuisset quam Dei filius, quales & quanti eum fasces producerent, quanta purpura de humeris ejus floreret, quale aurum de capite radiaret, nisi gloriam seculi alienam & sibi & suis indicasset. Igitur quæ noluit rejecit, quæ rejecit damnavit, quæ damnavit, in pompâ diaboli deputavit. Non enim damnasset, nisi non sua: alterius autem esse non possent, nisi Diaboli quæ Dei non sunt. &c.* Et mox c. 19. militiam quoq; illicitam esse docens: *Quomodo*, inquit, (*fidelis*) *bellabit, imò quomodo etiam in pace militabit, sine gladio quem Dominus abstulit? Nam etsi adierant milites ad Iohannem, & formam observationis acceperant, si etiam Centurio crediderat: omnem postea militem Dominus in Petro exarmando discinxit.* Similia, ipso quoque Pamelio, prout dictum est, fatente, habet Tertullianus lib. de coron. mil. cap. 11. ubi ita ait: *Credimusnè licere ejerare patrem & matrem & omnem proximum, quos & Lex honorari, & post Deum diligi præcipit? &c. Licebit in gladio conversari, Domino pronunciante: Gladio periturum, qui gladio fuerit usus? Et prælio operabitur filius pacis, cui nec litigare conveniet? Et vincula & carcerem, & tormenta, & supplicia administrabit, nec suarum ultor injuriarum?* Et postquam militiam cum variis semper scandalis & peccatis necessariò conjunctam esse monstrasset, eaque ex parte enumerasset, multa adhuc talia ostendi posse indicaturus? *Quanta alia*, inquit, *in* (NB) *delictis circumspici possunt castrensium munium*, (NB) *transgressioni interpretanda?* moxque rem quasi conclusurus tandem addit: *Ipsum de castris lucis in castra tenebrarum nomen deferre*, (NB) *transgressio est. &c.* Ut vel ex his ultimis verbis appareat, Tertullianum aliosque Veteres, etiamsi *nonnullos ex Christianis unà cum Ethnicis militasse*, mundique res passim administrasse, alicubi, vel contra objectionem de Christianorum in repub. inutilitate, vel ad ostendendum

Chri-

Christianorum ad resistendum vires, si vel bello se adversus persecutores defendere, aliosque contra disciplinam suam occidere, quàm secundum eam occidi maluissent, *annotent*: (Vid. Apologet. Tertulliani cap. 37. & 42.) hos ipsos tamen non mox approbasse, proque veris Christianis habuisse, sed in *transgressorum* censum retulisse, adeòque quemadmodum conceptum utero dissolventes, aut lanistas, homicidis annumeratos, (de quibus Tertullianus Apologet. c. 9. & lib. de Idololat. c. 11. agit,) ab Ecclesiâ arcuisse. Porrò his Tertulliani consona sunt, quæ idem Tertullianus lib. de patientia cap. 6. & 7. & lib. de Idololat. cap. 11. & 12. habet, ubi & pecuniarum contemptum exemplo Christi inculcat; imò, bona quoque vendenda esse indicat. Tertulliano excipit *Clemens Alexandrinus*, qui postquam in Exhortatoria Orat. ad gent. bella & cædes in Ethnicis traxisset, tandem ita loquitur: *Terrifica quidem tuba bellicum canens congregat milites, & bellum denunciat: Christus autem pacifico modo in fines terræ inspirato non congregabit suos milites pacificos? &c. Armemur pacifici. &c. Ita nos Apostolus Eph. 6. ordinat pacificè.* Clementem sequitur *Origenes*, qui non tantùm, ut Iustinus, Irenæus, Tertullianus & alii, Christi doctrinam Mosaicis sanctionibus de bellis & judiciis capitalibus opponit, hasque per illam Christianis nunc illicitam esse docet, Homil. 12. & 15. in Iosuam, & lib. 7. contra Celsum, (ubi & locum Matth. 6, 25. ita intelligi posse ait, non esse distendendam animam variis de cibo & cultu solicitudinibus, sed frugalitati studendum cum fiducia, quod Deus provisurus sit his, qui necessariis sunt contenti:) sed & *Christianos* sui temporis à bellis, Magistratu, *gladio*, judiciisque capitalibus, *prorsus abstinere*, ibidem, quemadmodum & lib. 8. cont. Celsum, scribit, imò (quod contra eos notandum est, qui tum quidem Cæsaribus propter diversum imperii statum Christianis esse non licuisse concedunt, deinde verò difficultatem hanc sublatam fortè fuisse contra antiquorum istorum sententiam vanè augurantur,) Romanos Principes, si eos, per hanc Christianorum doctrinam persuasos, Christianos fieri contingeret, quemadmodum id Celsus objiciebat, nihilomagis tunc armis carnalibus pugnaturos, sed solis spiritualibus, precibus scilicet & pietatis actibus aliis, sese defensuros esse; de-

Ad pag. 84. de usu gladii, bello, militiâ, Magistratu, &c. post Christum & Apostolos ab universâ primorum seculorum Ecclesiâ in Christianis improbato.

Ad pag. 84. de usu gladii, bello, militiâ, Magistratu, &c. post Christum & Apostolos ab universâ primorum seculorum Ecclesiâ in Christianis improbato.

fensumque à Deo iri, & nec vel hostes habituros esse, prout gente illos divinâ potentiâ, respondet. *Precati*, inquit, *in Romano imperio unanimiter, multò plures hostes infestos profligarent, quam Moses Ex. 14, 14. tùm devicit, ope divinâ impetratâ suis suorumque precibus.* Et mox: *Romani verò*, inquit, *si (ut Celsus fingit) populariter crederent, precibus victores haberent quidem hostem, protegente illos divinâ potentiâ. &c.* Libro verò 7. cont. Celsum ait: *Christianorum ritu vivendo non poterant (Iudæi) juxta Mosis legem, vel in hostes sævire cædibus, vel* (NB) *in sententia justa damnatos, lapidibus populariter conjectis animadvertere, aut ignis supplicio. &c.* Quæ Origenis verba sententiam ejus, in locis citatis prolixiùs videndam, satis indicant. Ab Origene transeo ad *Cyprianum*, qui in epistola ad Demetriadem ita loquitur: *Quamvis nimius & copiosus noster sit populus, non tamen adversus violentiam se ulciscitur, patitur.* Agmen tandem Patrum Veterum ante Concilium Nicænum claudat *Lactantius*, qui lib. 6. de vero cultu diserte inscribit: *Non enim cum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantùm prohibet, quod ne per leges quidem publicas licet, sed unoquoque ne fiant, monet, quæ apud homines pro licitis habentur. Ita neque* (NB) *militare justo licebit, cujus militia est in ipsa justitia; neque verò accusare quenquam crimine capitali: quæ nihil distat, utrumnè ferro, an verbo potiùs occisio ipsa prohibetur. Itaque* (addit) *in hoc Dei præcepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere hominem sit semper nefas, quem Deus sanctum animal esse voluit.* Hucusque Lactantius, cum Christo & Apostolis totâque, ut patuit, antiquitate. Unde, quis non vehementer miretur, imò doleat, tùm Patres Nicænos, prout Seldenus pag. 84. citatus, ex Eutychio Patriarcha Alexandrino refert, defensionem fidei per arma carnalia, Constantino M. demandasse, adeòque gladii usum contra totam antiquitatem approbasse; (indè enim mox factum quoque est, ut & Episcopi in ipsis carnalibus bellis Constantino Imp. adhæserint, *undique cum ipso*, prout Eusebius lib. 4 de vita Constant. c. 56. loquitur & testatur, *se* (NB) *militaturos esse* professi sint, & præterea *Romanus Episcopatus* teste Socrate lib. 7. hist. Eccl. c. 11. *perinde atque Alexandrinus*, (NB) *ultra Sacerdotii limites ad externum dominatum progredi cæperit*; quum potiùs *ammonè ab his, qui quæ Christi sunt, sapiunt; cædes, pugnas, & hujusmodi alia, aliena esse debere*, ipsemet Socrates cap. 15. ex occasione facinoris ab Episcopo Alexandrino commissi, recte adhuc cum Hieronymo & Augustino, aliisque in indice allegandis, fateatur:) tùm Catholicos quoq; hodiernos, Traditionum alioquin tenacissimos, manifestum illum Patrum antiquissimorum usque ad ipsum Nicæni Concilii tempus consensum prorsus deserere & posthabere? Et annon vel hîc quoque impii erroris conspiratio, ut cum suprà citato Egesippo loquar, satis cerni potest? Emendanda igitur & hæc! adeòque ad Mennonitarum moderationem, prout in Corollario indicabatur, nobis necessariò tandem erit deveniendum, descendendumque.

FINIS.

INDEX RERUM ET VERBORUM,

quæ in Irenico Irenicorum Continuato potiſſimum continentur.

A. *Apoſtoli* Chriſtum hominem, Filium Dei eſſe credidêre, & ad ſalutem confeſſi ſunt, pag. 108. 109. *Athenagoras* Chriſtianos cædes omnes adverſari ait, p. 131. *Auguſtinus* de Nazaræis, p. 110. ejus de perſecutione, cædibus, & bellis ſententia ſub finem hujus Indicis videatur. B. *Baronius* de Nazaræis, p. 109. de Jacobo Apoſtolo, quod nequaquam in Hiſpania fuerit, p. 121. de Sabbato, p. 124. *Bellantiquitas* tota improbavit, p. 130. 131. &c. C. *Carranza* notatur, p. 118. Pro *Chriſtianis* etiam ii olim habiti fuere, qui Chriſtum filium Joſephi eſſe exiſtimarunt, pag. 79. 111. *Chriſtiani ex gentibus* Hieroſolymitanis infenſi, p. 116. eos dejicere allaborarunt, p. 116. *Chriſtus* ipſe ſe hominem Filium Dei eſſe declarat, p. 108. eum ſummum Deum eſſe, nec ſana ullius hominis ratio, nec Scriptura S. nec deniq; Veterum Chriſtianorum, inde ab Apoſtolis ad tertium uſque ſeculum viventium, (quomodocunque etiam jam tum de aliquâ divinâ naturâ contra ſanam rationem perſuaſorum, adeoque ſeductorum,) ullus, præter hæreticos & ab Eccleſia improbatos, admittit, pag. 5. &c. 25. 45. 60. 61. *Clemens Romanus* de Petro, p. 122. ejus ad Jacobum fratrem Domini epiſtolæ ſuppoſititiæ ſunt, p. 125. 126. *Clemens Alexandrinus* Chriſtianos non bella ſed pacem decere docet, p. 135. *Concilii Nicæni* canon 7. depravatus eſt à Chriſtianis ex gentibus, p. 117. *Conſtitutiones Apoſtolicæ* falſatæ, p. 116. 117. *Cuſanus Cardinalis* citatur p. 125. 129. *Cyprianus* Chriſtianos malo non reſiſtiſſe teſtatur, p. 136. D. *Dominatus* Epiſcoporum à Socrate taxatur, p. 136. E. *Ebionæi* ſunt ipſi Chriſtiani Hieroſolymitani, p. 111. *Eccleſiam* per & poſt Concilium Nicænum advenientesque in eam principes totaliter quaſi corrumpi cœpiſſe, Hieronymus in epiſt. de vita captivi

puvi monachi indicat. Verba ejus vide sis sub fine hujus Indicis. *Egesippus* citatur p. 14. 15. 109. 115. *Epiphanius* de Nazaræis p. 109. 110. *Episcopi* cum Constantino Imp. militare incipiunt, p. 136. *Erroris impii conspiratio* quando potissimum cœperit? p. 14. 15. 115. 116. 136. *Eusebius* de Ebionæis, p. 111. 114. Episcopos
F. militasse testatur, p. 116. F. *Filius Dei* (V. Indicē superiorē;) ab ipsis Catholicis Christus homo monstratur, p. 107. &c. idque ex testimonio Angeli Gabrielis,
G. Dei, ipsiusque Christi & Apostolorum, ibid. G. *Gladiatus* Christianis prohibitus, V. Ind. super. & p. 130.
H. 131. &c. H. *Hieronymus* de Nazaræis, p. 114. de corruptione Ecclesiæ, V. in tit. Ecclesia. *Hierosolymitani Christiani*, Nazaræi dicti (V. Indic. super.) à Christianis ex gentibus contemni cœpere, p. 113. sed perperam & per impii erroris conspirationem, p. 115 principes
I. fuere inter Christianos, p. 82. 116. 117. 118. &c. I. *Iacobus Apostolus* num in Hispania fuerit? p. 120. *Iacobi* Hierosolymorum Episcopi confessio de Christo p. 109. prærogativa inter omnes Episcopos, p. 119. 120. 123. successores p. 120. *Ignatius* bella improbat, p. 131. *Irenæus*, (V. Ind. super.) ejus locus de principalitate Ecclesiæ Rom. explicatus p. 127. bella Christianis abjudicat, p. 132. *Iudicia capitalia* à tota antiquitate in Christianis fuere improbata, pag. 132. 133. 134. 136. *Iustinus Martyr* citatur, p. 111. Christianos à cæ-
L. dibus & bellis abstinere testatur, p. 131. L. *Lactantius* cædes & militiam in Christianis simpliciter improbat, p. 136. M. *Magistratus officium* à totâ antiquitate
M. in Christianis est improbatum, p. 130. 131. &c. *Mannonitarum* moderatio antiquitati proxima, p. 136. *Militia* à tota antiquitate in Christianis fuit improbata, p.
N. 130. 131. &c. N. *Naturæ duæ in Christo* an dentur? p. 5. &c. 108. 109. *Nazaræi* (V. Ind. super.) Apostolorum sententiam de Christo propagarunt, p. 114. quare potissimum à Christianis ex gentibus sint rejecti? ib. *Nicæni Patres*, jam olim à Scriptore Ismaele Ibn Ali apud Seldenum novitatis accusati, (cujus hæc sunt verba: Consensere, inquit, *Episcopi Nicæni* Constantino, & *religionem Christianam publicarunt aliter atque se antè habuerat*:) defectionis arguuntur, p. 84. 117. 136.
O. O. Origenes Christianos Hierosolymitanos Ebionæos vocat,

vocat, p. 111. 112. Christianos bella, militiam, dominatū, &c. aversari testatur, p. 135. 136. P. *Papias*, p. 120. 121. *Persecutores Hæreticorum* Augustinus sævos, paryæ fidei, & carnales appellat. V. Augustinus. *Petrus* (V. Ind. super.) primatum Ecclesiæ Rom. nec dedit, nec dare potuit, 120. Romæ minimè fuit, p. 121. *Polycarpus* patientiam non bella docet, p. 131. *Pontificii* pro erigendo suo primatu multa confinxerunt & mentiti sunt, vitiarunt, depravarunt, p. 116. 117. 118. 124. 125. 126. antiquitatis manifestissimum consensum prorsus deseruerunt, p. 136. *Primatus Ecclesiarū* quibus artibus quæsitus sit? p. 116. 117. &c. *Primatus Ecclesiæ Rom.* confictus est, (vid. Ind. super.) non agnitus fuit à Conciliis, p. 117. 118. 123. 130. neque ab Hieronymo, p. 123. 129. aut à Card. Cusano, p. 125. 129. R. *Romanus Episcopus* ultra Sacerdotii limites ad externum dominatum progredi cœpit, p. 136. S. *Sabbatum* observarunt Orientales seu Græcæ Ecclesiæ usque ad nostra ferè tempora, p. 124. *Seldenus* citatur p. 84. 136. *Socrates* incipientem Episcoporum dominatum graviter perstringit, p. 136. cædes & pugnas in Christianis improbat, ibid. T. *Tatianus* Christianos dominatum & militiam aversari testatur, p. 132. *Tertullianus* bella, militiam, Magistratum, &c. Christianis interdicta esse fatetur, p. 133. 134. 135. *Theodoretus* de Nazaræis, p. 110. *Theophilus* Christianos cædes omnes prorsus aversari testatur, p. 132. V. *Veritas manifesta* est, quam omnes homines extra præconceptas suas opiniones concedunt, p. 6. *Victoris Rom.* excommunicatio non arguit primatum Ecclesiæ Romanæ, p. 128.

P.

R.

S.

T.

V.

Sequuntur
Hieronymi & Augustini nonnulla, ex paginâ 136. Indiceque præcedente hûc remissa.

HIeronymus in epist. de vita captivi monachi, postquam dixisset, *se scribere dispositisse, ab adventu Salvatoris usque ad suam ætatem, i. e. ab Apostolis, usque ad* (NB) *sui temporis fæcem: quomodo & per quos Christi Ecclesia nata sit, & adulta persecutionibus creverit, martyribusque coronata sit*: meritò & ingenuè

hæc de Eccleſiæ poſt Concilium Nicænum totali quaſi corruptione nobiſcum ingeminat & addit: *Et poſtquam* (*Eccleſia*, NB) *ad Chriſtianos principes* (ab Epiſcopis ſcilicet cum gladio receptos, hiſque rurſum dominatum cum gladio indulgentes,) *venerit*, (NB) *potentia, quemadmodum divitiis major, ſed* (NB) *virtutibus minor facta ſit.* Ita Hieronymus! *virtutem* patientiæ & humilitatis Chriſtianæ, omnibus à Chriſto injunctam, & per quam Eccleſia creverat, per ſuccedentem principum Epiſcoporumque potentiam, dominatum, faſtum & avaritiam, omnibus Chriſtianis interdictam & damnoſam, & per quam omnia in Eccleſia conturbentur, peſſumque eant, aliique in alios inſurgant, planè ceſſaſſe deſiiſſeque innuens. Quod Catholici, imò Chriſtiani omnes, velim notent. Nam dominatum & potentiam Epiſcoporum *illicitè* in Eccleſiâ ſucceſſiſſe, omniaque conturbaſſe, Hieronymus in epiſt. ad Ruſticum, ubi de Diaconis ſeu Levitis agit, his verbis indicat: *Nunc autem*, inquit, *ex quo in Eccleſiis, ſicut in Romano Imperio crevit avaritia, periit lex de Sacerdote, & viſio de Propheta. Singuli quoque pro potentia epiſcopalis nominis, quam ſibiipſi* (NB) *illicitè abſque Eccleſia vendicaverunt, totum quod Levitarum eſt, in uſus ſuos redigunt.* Et mox, quod divitiis incubent Epiſcopi, alienaque invadant & alios occidant, hinc odia, lites, & deſolationum cauſas eſſe, prolixè quoque addit. Hæc igitur Hieronymus! Socratis verba p. 136. confirmans.

Cæterum *Auguſtinus lib. 22. cont. Fauſtum cap. 76. & 77.* quanquam Imperatoribus Chriſtianis gladium adhuc concedere videatur, eundem tamen *gladium & bella Apoſtolis in N. T. prorſus interdicta eſſe* docet, (expreſsè ſcilicet tandem concedi volens: *certi myſterii gratiâ Deum in V. T. Prophetas bella gerere juſſiſſe, nunc verò in N. T. Apoſtolos prohibuiſſe*:) adeòque ſibi non parum contradicit; inque bivio quaſi ſtans in omnes partes ſe verſat, ne vel Imperatoribus ſe opponeret, vel doctrinam quoque Evangelicam in dubium revocaret. Vehementer igitur in hâc de bello materiâ ſeſe ſemper torſit Auguſtinus, Bonifacio Comiti mox militiam indulgens, mox ſubortâ hujus indulgentiæ pœnitudine eundem iterum à militia ad verum Chriſtianiſmum revocare annitens (vid. epiſt. 70. & 205. ad Bonifacium

cium dictum;)mox illud, Compelle intrare, in epist. 50. ad Bonifacium eundem, prolixè docens, mox verò iterum Marcellinum Comitem in epist. 158. & 159. per fidem Christianam, perque ipsius Christi misericordiam rogans, ut ab occidendis violenterque tractandis hæreticis longè abesset. Et ut porrò, quàm sibi ipsi Augustinus hîc contradixerit, maculamque *lupini* animi imprudenter inusserit, seseque adeò ipsum refutaverit, pateat, consideranda tantùm sunt ejus verba, quæ lib. 2. cont. lit. Petil. c. 78. habet. Nam cum Petilianus objecisset, charitatem non persequi, non inflammare Imperatores, non aliena diripere, non occidere, quemadmodum quidem meritò hæc Augustino exprobrari poterant; Augustinus non negans charitatis hæc esse quæ objiciebantur, quin potiùs ea ipsa, pro veritate agnita, in ipsum Petilianum retorquet, lupinumque dentem propterea tùm ipsi, tùm consequenter & sibi per imprudentiam imputat, dum ita respondet: *Si esset in te charitas, congauderet veritati. Quàm enim eleganter sub pelle ovinâ dicitur, charitas omnia tolerat, omnia sustinet: ubi autem ventum fuerit ad examen,* (NB) *lupini dentes operiri non possunt.* Indicans scilicet, eos, qui hæc quidem charitatis officia inculcant, nec tamen eadem observant, lupinum animum & dentem omninò ostentare. Quo ipso se nunc cum omnibus ita facientibus, charitatemque violantibus, in *luporum* censum manifestè conjecit Augustinus. Pergit verò veritatẽ contra seipsum quasi fateri Augustinus, dum lib. 2. cont. lit. Petil. c. 88. verba Christi à Petiliano objecta: *Qui gladio utitur, gladio morietur, Matth.* 26. iterum simpliciter recipit, moxque *Petri gladium carnali motu animi* in corpus persecutoris exertum fuisse dicens, eos in Catholica Ecclesia *sævos*, & *parvæ adhuc fidei*, & *carnalis denique animi esse* rotundè fatetur & asserit, quotquot hæreticos persequantur. *Adversus vos* (hæreticos,) inquit, *sæviunt, quicunque in Catholicâ parvæ adhuc fidei, eo animo sunt, quo tunc Petrus fuit.* Quid clariùs ab Augustino contra hæreticorum persecutores, imò contra bellum & gladium dici potuisset? Eant igitur nunc Pontificii, & dicant, se à Patribus vel ab antiquitate minimè recessiisse! Imò si non prorsus frontem posuerunt, recolligant sese, & cum Augusti-

no ſuo veritatem tandem confiteantur: memores, & poſt Auguſtinum fuiſſe, qui bella & dominatum in Romanis Epiſcopis graviter taxaverint. Quos inter meritò refero tùm graviſſimum illum veritatis & diſciplinæ antiquæ vindicem Petrum Damiani Cardinalẽ in epiſt. ad Firminum Epiſcopum, tùm Hermannum Contractum, Leonis IX. Papæ pugnam deſcribentem, & allegante Baronio in anno C. 1053. *tantum Sacerdotem* (Leonem P. innuit,) *ſpiritualem potius quàm pro caducis rebus carnalem pugnam decuiſſe*, exertè dicentem; priore illo eundem Leonem P. militantem tùm à Chriſti diſciplina, tùm à præceſſorum ſuorum moribus longè abiiſſe, prolixè oſtendente. Sed & de his ſatis!

SOLI DEO GLORIA!

Errata Typographica graviora, quæ vel in omnia, vel in aliqua tantùm exemplaria irrepſêre, ita corrigantur: iis, quæ omiſſa fuêre, ſimul quoque inſertis.

Pag. 7. lin. 40. lege: quemadmodum. P. 9. lin. 20. lege: contradictorium. P. 17. lin. 31. lege: praxeanorum. P. 22. lin. 40. deleatur, in. P. 29. lin. 8. lege: vetuſtioribus. P. 41. lin. 25. lege: *Hoc*, pro, *Hæc*. & lin. 33. lege: *loquar*, pro, *loquor*. P. 42. lin. 26. lege: *unigenitus*, pro, *ingenitus*. P. 58. lin. 33. lege: priorum. P. 62. lin. 1. lege: *Arium*, pro, *Arius*. P. 70. lin. 17. lege: *Apoſtoli omnes*. P. 71. lin. 35. legatur integrè: *Euſebius*. P. 72. lin. 19. lege: *veriſimiles alioquin eſſe poſſe concedens*. P. 73. lin. 8. lege: 11. pro, 19. P. 84. lin. 30. lege: 11. pro, 2. P. 89. lin. 29. lege: ſeriâ actâ. P. 91. lin. 17. poſt, *diei*, adde: *pag.* 32. & lin. 27. poſt, 35. inſere locum *Ex.* 14, 14. *Iehova pugnabit pro vobis; vos ergo quieſcite*: citatum p. 136. P. 93. lin. 9. inſere locum Matth. 3, 17. *Et ecce vox (adfuit) è cælis dicens, Hic eſt filius ille meus dilectus ille, in quo acquieſco*: citatum

tum p. 108. & lin. 22. post, 83. insere versum 25. *Propterea dico vobis, ne estote solliciti de animâ vestrâ, quid esuri sitis, aut quid bibituri: neque de corpore vestro, quâ re sitis induendi*, &c. citatum p. 135. & lin. 38. post, 83. adde: 108. *bis*. P. 94. lin. ult. post, 84. adde: 134. & post lineam ult. adde sequentia: C. 28, 19. *Profecti ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & SS*. P. 95. lin. 10. post, 70. adde: 107. P. 97. lin. 4. post, 84. adde: 134. & lin. 15. post, p. 70. adde: 108. P. 100. insere locum Rom. 8, 32. *Is quidem qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum*, &c. citatum p. 107. P. 102. lin. 13. post, (*estis*,) lege: *Christi*. P. 105. lin. 4. lege: eorumque, pro, earumque. P. 115. lin. 41. lege: cœpisse, pro, cepisse. P. 124. lin. 41. & 42. lege: alterum. P. 130. lin. ultimâ, post, annectam. Lege prout sequitur: [Primus enim *Pastor* apud Hermam in Similitud. 1. eundem Hermam ceu *Christianum longè aliis legibus, quàm civilibus*, (Ethnicas utplurimùm superstitiones, terrenarumque tantùm possessionum, idque per vim & arma conservationem civibus suis rigidè demandantibus,) *regi ait*, & quoniam secundum civiles illas vivere non possit, ob idipsum eum à principibus, in repub. vix toleratum iri innuit, monetq;, ut propterea nec domos nec agros sibi comparet, aut divitias appetat, sed ut sua potiùs egentibus eroget, seseque ita ad cælestem civitatem inhabitandam præparet. *Clemens Romanus*, quod tantùm ad pacem Ecclesiasticam Corinthios in suâ indubitatâ epistolâ adhortatus sit, hanc etiam ferè unicè inculcat. Porrò *Ignatius* in epist.] P. 134. lin. 33. pro signo ? ponatur geminum punctum : seu colon.

ANNO

M DC LVIII.